
IMPER.
ROM.
XW
35
(1-2)



## EXTRAICT DV PRIVILEGE.

PAR grace & priuilege du Roy, Il eſt permis au ſieur DV VAL Secretaire de ſa M. Interprete des langues Orientales & eſtrangeres, d'imprimer ou faire imprimer tous les Oeuures de Æneas Vicus intitulez *Omnia* ÆNEÆ VICI PARMENSIS *Opera, quæ de rebus ad venerandam Antiquitatem pertinentibus ediderat*, à IOANNE BAPTISTA DV VALLIO *reſtituta & emendata*. Et defenſes ſont faites à tous Libraires, Imprimeurs ou autres, les imprimer ou faire imprimer, pendant le temps de Neuf ans, à peine de confiſcation de tous exemplaires & de Trois mille liures d'amende, & de tous deſpens, dommages & intereſts. Donné à Paris le 17. Nouembre 1618.

Par le Roy en ſon Conſeil, GOISLARD.

Et ſeellé du grand ſeau, ſur ſimple queuë de cire jaune.




RARI. XIV. 35.(3)

# ANTIQVITATVM STVDIOSIS.

## *EX ITALICO IN LATINVM CONVERSA.*

COMPLVRES tum antiquorum, tum iuniorum ſcriptorum id ſibi aſſumpſerunt ſcribendi argumentum, vt vel Cæſarum vitas, vel ſummorum Pontificum, vel Illuſtrium Poëtarum, vel inſignium aliquorum virorum magna cum orationis, & vbertate, & elegantia deſcriberent. Ego verò id mihi negotij aſſumpſi, vt quinquaginta & quattuor mulierum vitas deſcriberem, quarum aliæ auiæ, aliæ amitæ, aliæ matres, vel ſorores, vel coniuges, vel filiæ, vel neptes Imperatorum fuerunt, inter quas, decem & quatuor Auguſtarum nomen ſunt conſecutæ; Nonnullæ ex his prudentes, honeſtæ, maximi ingenij, pluribuſque vtiles; aliæ contra imprudentes, inuerecundæ, flagitioſæ, multorùmque malorum cauſa extiterunt. Bonæ perpaucæ ſanè; quæ tolerari poſſent, nonnullæ; at plures horrendæ maximè feræ, vel portenta potius, & monſtra quædam formidanda naturę, quàm mulieres videri potuiſſent. Earum enim cauſa Roma Imperium ſæpius mutaſſe, Principem quorundam humanitatem, atque clementiam corruptam ſenſiſſe, nonnullorum iniquitatem pertuliſſe, multorùmque monſtrorum rabiem, cum infinita propè immanitate, & inſania paſſa fuiſſe, conſpicitur. Inuenietis, vt par eſt, diuerſos poſtea earum fines, quippe cùm alias amauerint, coluerint, plurimique fecerint non earum modo mariti, ſed P. etiam R. aliæ inuiſæ fuerint omnibus, ex Imperatoria conſuetudine palatijque, non mediocri cum ignominia eiectæ: quę omnia non magnam modo delectationem, ſed maximam etiam vtilitatem legentibus allatura exiſtimo. Neque minorem præterea voluptatem percipietis, quod tamen non ſine aliqua vtilitate accidet, vbi res geſtas earum legentes, propoſitas illarum imagines conſideraueritis. quoniam quaſi animorum quoddam ſpeculum in his ſeſe offeret, quas ex antiquiſſimis æreis, argenteis, aureiſque numiſmatibus excerpſimus, cum ijs omnibus comendi generibus, quæ in poſterioribus numiſmatum partibus inuenire potuimus, cùmque eorum omnium quæ viſuntur, explicationibus. Ibidem earum nomina referuntur, apud

quos reperiuntur hæc numiſmata, atque hæc omnia antiquorum ſcriptorum authoritate corroborantur. Varia ſunt ornamenta ſingulis imaginibus; atque omnibus numiſmatibus ſui numeri in poſteriorum partium tabulis conſignantur, quorum beneficio eorum inueniuntur expoſitiones: quo ex varijs huiuſce operis noſtri rebus diuerſa ingenia voluptatem, vtilitatémque aliquam percipiant, cùm quiuis, quoties opus fuerit, in tanta inuentionum varietate, facilè quod voluerit, inuenire poſſit. Nulli mehercle vel labori, vel ſumptui pepercimus, neque ita difficile quicquam ſeſe obtulit, quod pro viribus noſtris omni induſtria, ſtudio, ac diligentia ad optimum finem non perduxerimus, cùm minime omnia ſuperius à me commemorata numiſmata (ne quiſquam ſe deceptum à me fuiſſe exiſtimet) ex antiquis exemplaribus ſint excerpta, neque tamen ex me ipſo ea confinxi: eſt enim res quæ ab hiſtorici nomine maximè abhorret, ea quæ minime ſunt, confingere: verum partim ex libro quodam à diuerſis compoſito, & ab Andrea Fuluio præcipuè Iacobo Sadoleto Epiſcopo Carpent. poſtea Cardinali conſecrato Pontifice Leone x. Anno M. D. XVII. depromuntur. Hæc quidem an verè ex antiquis numiſmatibus, vel ſculpturis, vel ex ſtatuis deprompta fuerint, non facilè affirmauerim. Veruntamen ne vacua loca eſſe paterer ea prætermittere nolui, id quod extra opus meum eſt, interim libero aliorum iudicio relinquendum exiſtimaui. Ibidem perſpicietis nos in tabulis quibuſdam libri ipſius imaginem, noſtrámque antiquam poſuiſſe, ſicuti paulò inferius ordine explicabitur. Neque cuiquam dubium eſſe debet, quin alia pars antiquis numiſmatibus ſit ſimillima, quoniam eorum ſuis in locis citantur teſtimonia, apud quos reperiuntur.

## IMAGINES, QVAS EX FVLVII LIBRO ACCEPIMVS.

Martia.
Iulia C. Iulij Cæſaris amita.
Aurelia.
Cornelia.
Pompeia.
Calpurnia.
Iulia, C. Iulij Cæſaris filia.
Actia.
Octauia Auguſti ſoror.
Claudia Octauiani coniux.
Scribonia.
Iulia Auguſti filia.
Liuia Auguſti quę prima eſt ſuperior.
Agrippina Tiberij coniux.
Antonia Maior.
Liuilla C. Cæſaris, Diui Aug. filij, coniux.
Druſilla C. Cæſaris Caligulæ ſoror.
Liuilla C. Cæſaris Caligulæ ſoror.
Iunia Claudia.

Octauiæ

138

Octauiæ Claudij filiæ; numiſma inferius.
Liuia Oreſtilla.
Lollia Paulina.
Cæſonia.
Druſilla C. Cæſaris Caligulæ filia.
Æmilia Lepida.
Liuia Medullina.
Plautia Herculanilla.
Claudia Claudij filia.
Ælia Petina.
Valerię Meſſalinę numiſma inferius.
Claudia Neronis filia, Auguſta.
Statilia Meſſalina.
Mummia Achaia.
Lepida Galbæ coniux.
Albia Terentia.
Sextilia Auguſta.
Petronia.
Galeria Fondana.
Veſpaſia Polla.
Flauia Domitilla.
Domitillæ Veſpaſiani filiæ Auguſtæ imago.
Arricidia.
Martia Fuluia.

## IMAGINES, QVAS EX ANTIQVIS NVMISMATIBVS DESVMPSIMVS.

Liuiæ Auguſtæ duo numiſmata inferiora.
Antonia minor Claudij Imperatoris mater.
Agrippina C. Cæſaris Caligulæ mater, Auguſta.
Agrippina Neronis Imp. mater, Auguſta.
Antonia Claudij Imperatoris filia, Auguſta.
Valeriæ Meſſalinæ numiſma ſuperius, quod habet Venetijs Stephanus (Magnus.
Octauiæ Neronis Imp. vxoris numiſma ſuperius.
Poppæa Sabina quæ penes Lauredanum.
Sextiliæ Auguſtę pars aduerſa, quę eſt poſterior numiſmatis Vitellij Imp.
Domitillæ poſterior pars, quæ ex altera inſcriptionem tantum habet.
Iulia Titi Imperatoris filia, Auguſta.
Domitia Auguſta.

## QVÆ AVGVSTÆ NOMINI ASSVMPTÆ FVERVNT, SECVNDVM ORDINEM TEMPORVM DISPOSITÆ.

Liuia Auguſti vxor, Auguſta.
Agrippina C. Cæſaris Auguſti Germanici mater, Auguſta.
Iulia Agrippina Neronis Imp. mater, Auguſta.
Antonia Claudij Imperatoris filia, Auguſta.
Claudia Neronis Imp. filia, Auguſta.

B

Sextilia Vitellij Imperatoris mater, Auguſta.
Iulia Titi Imperatoris filia, Auguſta.
Domitia Domitiani Imperatoris vxor, Auguſta.
Antonia minor Claudij Imperatoris mater.

## QVÆ SECVNDVM CONIECTVRAS NOMEN AVGVSTÆ ACCEPERVNT.

Iulia Druſilla C. Cæſaris Caligulæ ſoror.
Octauia Claudij Imperatoris filia.
Valeria Meſſalina Claudij Imperatoris vxor.
Poppæa Sabina.
Domitilla Veſpaniani Imperatoris filia.

## QVÆ POST MORTEM HONORES DIVINOS CONSECVTÆ SVNT.

Diua Liuia Auguſta, à Senatu P. Q. R.
Diua Druſilla à Caio Cæſare Auguſto fratre.
Diua Claudia Neronis Imp. filia, à patre.
Diua Domitilla Veſpaſiani Imperatoris filia, à Tito fratre.
Diua Iulia Titi Imperatoris filia, à Domitiano patruo.

## MVLIERVM VITÆ SECVNDVM NVMEROS PAGINARVM DESCRIPTÆ.


Martia C. Iulij Cæſaris Dictatoria auia. Pagina 1
Iulia C. Iulij Cæſaris Dictatoris amita. 2
Aurelia C. Iulij Cæſaris Dictatoris mater. 3
Coſſutia C. Iulij Cæſaris vxor. 5
Cornelia C. Iulij Cæſaris vxor. 6
Pompeia C. Iulij Cæſaris vxor. 9
Calpurnia C. Iulij Cæſaris Dictatoris vxor. 11
Iulia C. Iulij Cæſaris filia. 13
Accia Auguſti mater. 17
Octauia Auguſti ſoror. 21
Seruilia Octauiani vxor. 25
Claudia Octauiani vxor. 27
Scribonia Auguſti vxor. 31
Iulia Auguſti filia. 33
Iulia M. Agrippæ. 39
Liuia Auguſta, Auguſti vxor. 41
Agrippina Tiberij vxor. 55
Antonia maior. 57
Antonia minor. 59
Liuilla C. Cæſaris Aug. filij vx. 69
Iulia Druſi Cæſaris filia. 71
Agrippina Auguſta, C. Cæſaris Caligulæ mater. 77
Agrippina Aug. Claud. Imp. vx. 89
Iulia Druſilla, C. Cæſaris Caligulæ ſoror. 107
Liuilla C. Cæſaris Calig. ſoror. 113
Iunia Claud. C. Cæſ. Calig. vx. 115
Liuia Oreſtilla C. Cæſaris Caligulæ vxor. 117
Lollia Paulina C. Cæſ. Calig. vx. 119
Cæſonia, C. Cæſ. Calig. vxor. 121
Iulia Druſilla, C. Cæſaris Caligulæ filia. 123
Æmilia Lepida Claudij vxor. 125
Liuia Medullina Claudij vxor. 127
Plautia Herculanilla Claud. vx. 129
Claudia Claudij Imp. filia. 131
Ælia Petina Claudij vxor. 133
Antonia Aug. Claudij Imp. fil. 135
Valeria Meſſalina Claudij Imperatoris vxor. 141
Octauia Claudij Imp. filia. 145
Poppæa Neronis Imp. vxor. 151
Claudia Neronis Imp. filia. 155
Statilia Meſſalina Neronis Imperatoris vxor. 157
Mummia Achaia Galbæ mater. 159
Lepida Galbæ vxor. 161
Albia Terentia Othonis mat. 163
Sextilia Auguſta Vitellij Imperatoris mater. 165
Petronia Vitellij vxor. 167
Galeria Fondana Vitellij vxor. 169
Veſpaſia Polla Veſpaſiani mat. 171
Flauia Domitilla Veſp. vxor. 173
Domitilla Veſp. Imp. filia. 175
Arricidia Titi vxor. 177
Martia Fuluia Titi vxor. 179
Iulia Auguſta Titi Imp. filia. 182
Domitia Auguſta, Domitiani Imperatoris vxor. 187


## ELENCHVS SCRIPTORVM E QVIBVS DECERPSIMVS HISTORIAM, ET IN OPERA CITANTVR.

Alexander ab Alexandro.
Appianus Sophiſta Alexandrinus.
Aſconius Pedianus.
Cælius Rhodiginus.
C. Plinius Secundus.
C. Plinius Cæcilius ſecundus, Iunior.
C. Salluſtius Criſpus.
C. Silius Italicus.
C. Suetonius Tranquillus.
C. Velleius Paterculus
Decius Iunius Iuuenalis.
Dion Caſſius Nicæus.
Diuus Iſidorus Hyſpalenſis.
Euſebius Cæſarienſis.
Flauius Eutropius.
Herodianus Grammaticus Alexan.
Horatius Flaccus Venuſinus.
Ioſephus Iudæus.
Iulius Solinus.
L. Anneus Seneca Cordubenſis.
L. Florus.
Macrobius Parmenſis.
M. Tullius Cicero.
M. Valerius Maximus.
M. Valerius Martialis.
Orfeus antiquiſſimus ſcriptor, ab aliis citatus.

Paulus Oroſius.
Philoſtratus.
Platina.
Plautus.
Plutarchus Chæroneus.
Porphyrius, & Iamblicus.
P. Ouidius Naſo.
P. Virgilius Maro.
P. Cornelius Tacitus.
Quintilianus.
Sex. Aurelius Victor.
Sex. Iulius Frontinus.
Statius Papinius Neapolitanus.
T. Liuius Patauinus.

## DE ANTIQVARVM MVLIERVM NOMINIBVS BREVIS TRACTATVS.

ROMANÆ antiquitus mulieres nullum prænomen maiori ex parte ſortiebantur, verum vice nominis eo fungebantur, quod ipſarum familiæ erat nomen, ſicuti ex Martiorum familia Martiæ appellabantur; ex Aureliorum Aureliæ, Iuliorum Iuliæ, Coſſutiorum Coſſutiæ, atque eodem pacto ex cæteris familiis. Hanc rem ita ſenſit Poſſidonius; quanquam, vt ait Plinius, Tanaquil Tarquinij coniux Caia Cæcilia nuncupabatur, & cum ſuis prænominibus Acca Laurentia, & Caia Terentia in Annalibus, vt author eſt Gellius, atque in ſcriptis antiquorum marmoreis reperiuntur. Plutarchus contra Poſſidonij ſententiam, Romanas mulieres duo nomina habuiſſe, ac mares tria, memoriæ prodidit; In hoc etiam noſtro libro duobus cum nominibus, ſiue nomine, & cognomine potius, complures leguntur: Sicuti Lollia Paulina, Æmilia Lepida, Plautia Herculanilla, atque aliæ nonnullæ; Lollia, à nomine familiæ Lolliorum, Æmilia Æmiliorum, Plautia Plautiorum dictæ erant. Earum nomina vel à patribus, vel ab auis ex eorum familia, ſicuti dictum eſt, depromebantur. Cognomina aliquando eadem erant, quæ & paterna, vel ſumebãtur ex materna progenie, vel ab aliqua illuſtri hominis origine, vel ab eo loco vnde ipſæ defluxerãt, vt Mummia Achaia, ab Achaico L. Mummio, & ſicuti Iulia Agrippina Neronis mater, ex Iulia familia, in quam Germanicus Cæſar eius pater per adoptionem à Tiberio Imperatore, iuſſu Auguſti, receptus fuerat, & matre Agripina nominabatur, vel ab Agrippis ob M. Agrippam auum maternum dicta eſt Agrippina. Liuia cognomento Medullina cognomen habuit Camillæ à Camillo vrbis liberatore, & Galeria Fundana à Fundis Campaniæ oppido, tãm multiplex huiuſmodi varietas apud diuerſos hiſtoriarum ſcriptores reperitur.






# MARTIA C. IVLII CÆSARIS AVIA.

NVLLI profectò obſcurorum eſſe exiſtimo Martiorum familiam, ex qua Cæſaris auia nomen accepit, fuiſſe nobiliſſimam, atque illuſtriſſimam inter Romanos, tum ob ipſius antiquitatem, tum ob multos etiam honorificentiſſimoſque magiſtratus, quos obtinuit, cum Conſules ex ea complures extiterint. Huiuſce familiæ fuit Martius Vates, vir ille ob ſingularem probitatem, eloquentiamque inſignis, qui dignus habitus eſt, vt à Senatu ad Perſeum Regem mitteretur, quo ad eum orationem haberet, vti Liuius, Macrobiuſque literarum monumentis tradiderunt. Ab hac familia nomen, & aqua ſumpſit, quæ ex fontibus Fucini lacus delabitur, ob Q. Martium Regem, ſic familia fuit nominata, quia à Rege Martio proficiſcitur. Teſtis eſt illius nobilitatis C. Iulij Cæſaris eius nepotis funebris oratio, quæ apud Suet. extat in amitæ laudem his verbis. Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum, Paternum cum Diis immortalibus coniunctum eſt. Nam ab Anco Martio ſunt Martij Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulij, cuius gentis familia eſt noſtra. Neque tamen facile inuenio vnde hæc vel ex matre traheret originem, vel quod eius pater haberet prænomen. Cum duo huic eſſent filij mas ſcilicet, ac fœmina, mas C. Iulius Cæſar, vti in Faſtis Capitolinis legitur, non Lucius, quem ex Aurelia coniuge C. Iulium Cæſarem poſtmodo Dictatorem ſuſcepit, periit mox ipſe repentina morte dum calciaretur matutino tempore, ſicuti aſſerit Plinius libro VII. cap. 57. atque Iulia eius filia Caio Mario, qui ſepties fuit Conſul, in matrimonium fuit coniugata.






# IVLIA, C. CÆSARIS AMITA.

IVLIA, C. Cæſaris amita ex Martia nata, fuit nobiliſſima, quippe quæ ex patre ab Aenea Troiano, à cuius filio Iulo Aſcanio Iuliorum familia nomen adepta eſt, ex matre ab Anco Martio Romanorum Rege originem duxerit. Fratrem habuit L. Cæſarem virum conſularem, maritúmque C. Marium, qui ſepties Conſulatum geſſit, ac primo ſui extremi Conſulatus menſe Romæ mortuus eſt. Huic vnicus erat filius, ex patris nomine C. Marius nuncupatus, qui cùm poſtea paternas inimicitias ſuſcepiſſet, à Syllanis victus, ſibi ipſi Præneſte obſeſſo mortem conſciuit. Cùm verò ea triumphos, miſeriáſque conſpexiſſet, mariti que gloriam, extremámque eiuſdem calamitatem, & mortem filij, vnà cum Romæ, totiúſque Italiæ deuaſtatione, nepote Quæſtore interijt; à quo ex funebri conſuetudine luculentiſſima oratione pro Roſtris fuit laudata. Huius corpus in campo Martio in familiæ Iuliorum tumulo fuit depoſitum. De ea Appianus libro Bellorum ciuilium primo, Suetoniúſque in Cæſare, & Eutropius libro quinto, pluribúſque in locis Liuius, ac ſexageſimo ſeptimo Florus mentionem fecit, & Plutarchus.






AVRELIORVM familia tum peruetus fuit, tum etiam honeſtiſſima, qui antea Auſelij dicebantur, vt Valeſij, & Papiſij, ac poſtea litera. s. in r. mutata, Aurelij nominati ſunt. Originem duxerunt à Sabinis, vt aſſerit Alexander libro Genialium dierum primo, qui etiam creduntur à Sole nomen id traxiſſe, quoniam in Aurelia via, quæ ex Ianiculo ad Diui Pancratij templum ducit, Soli ſacrificabatur, quo nomine Forum etiam fuit Aurelium, vbi eidem Deo ſacrificari conſuetudinem fuiſſe arbitrantur. Harum vtriúſque mentionem fecit Cicero in Inuectiuis contra Catilinam. Ex huiuſce familia natus eſt Aurelius Cotta ciuis illuſtris, quo intercedente, Cæſar, ipſius affinis, qui Roma profugerat, contrariarúmque partium habebatur, veniam conſecutus eſt, vt in Cæſaris vita Suetonius aſſerit. Vocata fuit hæc Aurelia ex familiæ nomine, quoniam ea fuit Romanorum conſuetudo, ne prænomen fœminæ obtinerent, vt inquit Poſidonius: Verùm patris eius prænomen, maternáve origo vnde duxerit initium, ex antiqua authoritate minime affirmare poſſum. Nupſit L. Cæſari, qui præturam, conſulatúmque geſſerat, ex quo C. Iulium Cæſarem concepit, qui poſtea Dictator fuit, Cæſarúmque imperium inſtituit, quo nomine omnes poſtea Imperatores, qui illi ſucceſſerunt, appellantur. Mortuus eſt Piſis L. Cæſar, vti Plinius libro Naturalium hiſtoriarum ſeptimo teſtatur, repentina morte, dum calciaretur. Cùm Cæſar eius filius XVI. ætatis annum ageret, exequias ipſius celebrauit, in quarum apparatu eum primum fuiſſe aiunt, qui nouo quodam magnificentiæ genere in eius honorem Theatrum argento ornauerit in ludis gladiatoriis, illius iuſſu celebratis, vt idem Plinius narrat libro trigeſimo tertio. Quod ad illius virtutes pertinet, in illa ea fuit præcipuè, ſine qua nihil in fœmina laude dignum admodum reperitur, pudicitia ſcilicet; vixit ſanctè piéque per omne ætatis ſuæ curriculum ſine vlla infamiæ nota, Cæſarémque filium optimis moribus inſtituit, quem apud ſe educauit, eodémque pacto lactauit, quo Cornelia ſuos filios Graccos lactaſſe dicitur: hoc memoriæ prodidit Tacitus in Oratorum dialogo. Obiit eo tempore, quo bellum Cæſar gerebat in Gallos, vt teſtatur Tranquillus in Cæſare.





COSSVTII nominati ſunt, vt nonnulli arbitrantur, ex corporis rugis à vermibus quibuſdam Coſſis nuncupatis, qui naſcuntur in arboribus. Horum fuit familia Equeſtris ordinis, Coſſutiáque mulier, de qua nunc agimus admodum fuit diues, Cæſarique nupſit, qui tunc ætatis ſuæ annum decimum-ſextum agebat, eratque Flamen Dialis, à quo poſtea fuit repudiata, ſicut ſcriptum eſt à Suetonio in vita Cæſaris. Inter Diui Iuli numiſmata, moneta quædam argentea reperitur, cuius in poſteriore parte nomen Caij cuiuſdam Coſſutij legitur cognomento Maridiani, qui Triumuir fuit auri, argenti, æris flati feriundi, qui forte etiam Coſſutiæ frater erat, vel alio quouis ſanguinis vinculo illi coniunctus: cuius rei argumentum ex huiuſce numiſmatis exemplari innoteſcit.








NASCITVR Cornelia ex Lucio Cornelio Cinna, atque Annia eius vxore: pater quater Conſulatum geſſit, quem etiam Dictatorem fuiſſe Plutarchus aſſerit. Hic cùm Sillæ obuiam procederet in Liburnia, à ſuo ipſius exercitu trucidatus eſt, cùm adhuc eſſet Conſul; vt ſcripſit Appianus libro primo Bellorum ciuilium. Filium reliquit eiuſdem nominis, qui in ea diſſenſione, quæ inter Catulum, & Lepidum Conſules interceſſit, vt refert Tranquillus in Cæſare, cùm Lepidi partes ſequeretur, Lepido ex Italia fugato, in Hiſpaniā ad Sertorium confugit. At cùm Lepidus poſtea mortuus eſſet, intercedente Cæſare eius ſororis marito, in patriam à populo reſtituitur, atque mox, in paterno exercitu à ſuis inimicis trucidatur, qui eum antiquo odio proſequebantur, vt affirmat Plut. in Pompeio. Mater poſt Cinnæ mortem cùm Marco Piſoni Conſulari viro denuò nupſiſſet, ab eo fuit amādata, quod vt faceret, à Silla Dictatore, coactum eſſe author eſt Paterculus. Statim atque Cæſari coniuncta eſt Cornelia, in vtero concepit, Iuliámque peperit, quæ poſtea Pompeio fuit deſponſata. Eam vero fruſtra Sylla, vt id Cæſar in Corneliam efficeret, expetitur, quod in Annia fecerat Piſo: ille Iouis ſacerdotio priuari maluit, vxoriſque dote, quæ illi confiſcata fuit, & hæreditate, quæ ad eum familiæ nomine pertinebat, atque etiam vt contrariarum partium haberetur, quàm Corneliæ nuptias, matrimoniúmque diſſoluere. Quod ſanè optimæ vxoris, ſingulariſque probitatis non mediocre eſt argumentum. Obijt Cæſare Quæſtore, à quo funebri oratione ex patrio inſtituto decorata fuit, vt refert in Cæſare Suetonius.






EXPLORATVM eſt ſanè omnibus quàm potens eſſet per ſe Pompeiorum familia, quæ tamen ob multarum etiam familiarum affinitatem multo fuit potentior, at duarum præſertim præſtantium, Corneliorum ſcilicet, & Iuliorum. L. Cornelius Sylla Dictator ſuam filiam Q. Pompeio Pompeiæ fratri in matrimonium collocauit. C. Iulius Cæſar, Pontifex Max. filiam ſuam Iuliam Gneo Pompeio cognomento Magno in matrimonium dedit. Quantum hic, & prius armorum virtute excelluerit, & mox cùm bellum gereret in Cæſarem, omnes ſanè plenæ ſunt hiſtoriæ. At idem Cæſar poſt obitum Iuliæ, & repudium huius Pompeiæ, de qua agimus, ad retinendam amicitiam, affinitatémque Pompeij, Octauiam, ſororis ſuæ neptem (vt in vita ipſius Cæſaris intueri licet apud Suet.) quæ C. Marcello nupta erat, ſub conditione ei detulit, ſibiq. Pompeiam filiam in matrimonium petiit, Fauſto Syllæ Corn. Syllæ Dictatoris filio deſtinatam, quod etiam aſſerit Florus in Epitomis in Liuium. Q. Pompeius huius Pompeiæ pater vir Conſularis cùm ad accipiẽdum exercitum in Pontum profectus eſſet, ita Gneo Pompeio Magno Proconſule, eiúſque fratre conſulẽte, in bello quod in Mithridatem regem gerebatur, cæſus fuit. eiúſque frater Q. Pompeius etiam dum id ageretur, vt Marius dux exercitus mitteretur in Pontum, repugnãtibus L. Sylla, Quintóque Pompeio eius patre Conſulibus, à Marianis interimitur, ſicuti author eſt Liuius libro ſeptuageſimo ſeptimo, Florúſque libro tertio, Plutarchus in vita Syllæ, Appianus libro de bello Mithridatico, de quo etiam Oroſius, Eutropius, Valerius Max. Velleiúſque Paterculus poſteriori volumine, & Plinius Iunior. Pompeia poſt Corneliæ mortem Cæſari nupſit, qui paulo ante ex Prætura Iberiæ magiſtratum exierat. quam cum amaret P. Clodius, qui poſtea fuit Tribunus plebis, ea increbuit opinio, quòd adulterium commiſiſſet cum eo in ſacris bonæ Deæ, cùm ille muliebribus veſtibus indutus eſſet eò ingreſſus. Fuit ea idcirco à Cæſare repudiata, cùm is diceret, iudicare ſuos tam ſuſpicione, quàm crimine, carere oportere, ſicut aſſerit Suet. in Cæſare, ac Plutarchus; Cicero vero in Epiſtolis ad Atticum, Seneca libro decimoſexto Epiſtolarum ad Lucilium; qua de re copioſius ſcripſit Aſconius Pedianus in Orationem pro Milone.






Nvlla ex parte, ſanè parum nobilis fuit Calpurniorum familia, quandoquidem & ipſa à Regibus traxit originem, Calpus Numæ Romanorum Regis filius, vt ſcribit Plut. eorum fuit progenitor, atq; Calpurnij ex huiuſce nomine dicti ſunt. Ex hac familia complures præſtantes ſanè viri fuerunt, atq; inter cæteros L. Calpurnius, qui cùm filiam ſuam Cæſari in matrimonium dediſſet, illi ſucceſſit in Conſulatum, magnóque fuit adiumento, vt eius cogitationes ad exitum perducerentur. Celebratæ igitur ſunt nuptiæ quo tempore Cæſar primo fuit Conſul, filiámque Cn. Pompeio collocauit. Appianus Alexandrinus libro Bellorum ciuilium ſecundo, eam falſo accuſat adulterij cum P. Clodio in templo Bonæ Deæ per ſacrorum occaſionem. Ea nocte, quæ præceſſit, antequam Cæſar interficeretur, viſa eſt in ſomnis videre collabi faſtigium domus, maritúmq; in eius complexu confodi, atque cubiculi fores continuò ſponte patuerunt, authore Suet. Scriptum reliquerunt Liuius, ac Plut. eam ſomniaſſe Sacellum euerti, atque collabi, quod erat ante Cæſaris domum ex Senatus conſulto extructum. Narrat Velleius poſteriore volumine, & Suet. cùm ab Aruſpicibus Cæſar fuiſſet admonitus, vt Martias Idus deuitaret, rogauit eum Calpurnia ne eo die domo exiret. Cùm hæc poſtea mariti cognouiſſet mortem, confeſtim pecuniam, donaria, omnémque apparatum, qui fuerat Cæſaris, in Marci Antonij tunc Conſulis domum, tanquam in tutum locum aſportari iuſſit, quæ etiam inimicitiæ occaſio poſtea fuit inter Octauianum Marcúmque Antonium, vt ſcribitur ab Appiano libro tertio Bellorum ciuilium.

# IVLIA EX CORNELIA CÆSARIS FILIA.






# IVLIA EX CORNELIA CÆSARIS FILIA.

IVLIORVM familiam antiquam fuiſſe diximus, ac nobilem, quando ex Venere Aeneæ Troiani matre originem duxit (Iulos enim à prima barbæ lanugine pleríque dictos autumant, vt teſtatur Alexander libro Genialium primo cap. nono, nam Græci ἰούλους primam in mento lanuginem dixerunt) cuiuſce familiæ fuit Cæſar Iuliæ pater; atque de Corneliorum etiam familia, ex qua ipſius mater extitit perſcripſimus. Nata eſt hæc primo ſtatim anno, quo Cæſar Corneliæ nuptias celebrauit, cùm is nondum XVIII. ætatis ſuæ annum exceſſiſſet Cn. Papirio Carbone tertio, Caióque Mario Gratiliano Conſulibus, anno ab Vrbe condita 671. Cùm hæc annum ætatis ſuæ circiter vigeſimum quartum ageret, pater eam Cneo Pompeio in matrimonium conceſſit, cùm primò Conſul eſſet Cæſar, vbi ex illius voluntate Seruilium Cepionem primum eius maritum amandaſſet, cui paulo antea fuerat deſponſata (Huic poſtea Pompeij filiam in matrimonium collocarunt, Fauſto Syllæ antea coniunctam) ipſo Cæſare tunc Calpurnium L. Piſonis filiam vxorem ducente, qui illi in conſulatum erat ſucceſſurus, vociferante multum Catone rem intolerandam eſſe, quòd præturæ, ac imperia per nuptiarum lenocinia venderentur. Scribuntur hæc à Suetonio in Cæſare, & à Plutarcho in vita Pompeij, ab Appiano libro Bellorum ciuilium ſecundo. Cùm autem hæc contracta fuiſſet affinitas, Iuliáque in Pompeiorum familiam pertranſiſſet, Cæſaris ambitio radices extendere cœpit, quòd & ſoceri gratia, & generi ſe adiuuari intelligeret, quorum auxilio Galliarum facile fuit Imperator, in aliúdque quinquennium prouincia confirmata, quæ materia triumphorum extitit, & vt ad tantam molem poſtmodum aſpiraret. Verùm fortuna, quæ res in eodem ſtatu nunquam eſſe perpetitur, tantam Romanæ Reipublicæ potentiam, quæ per quadringentos ac ſexaginta ferè annos viguerat, vt aſſerit Euſebius in Chronicis, in repentinam propè ſeruitutem commutauit. Cùm Iulia eſſet grauida, accidit vt in diebus comitialibus nonnullis cæſis, vulnerati quidam Pompeio adhæſerint, eiuſq; veſtem ſanguine conſperſerint, quare cùm popoſciſſet ſeruos Pompeius vt veſtem mutaret, ſeruiq; ipſam cruentam domum apportaſſent, eam fortè vidit Iulia, Pompeiúmque interfectum credidit, quare ſemimortua concidit, ob timorem huiuſmodi eiectus eſt partus, ac ſtatim mortuus, vt tradidit Valerius Maximus libro quarto, quamquam non deſunt, qui eam grauidam denuò puellam peperiſſe dicant, atque ipſam in

# IVLIA EX COR. CÆSARIS FILIA.

partu diem ſuum obiiſſe ob dolorem pariendi. Accidit autem hoc eo tempore, quo Cæſar in Gallia bellum gerebat, neque multis ſanè diebus interpoſitis, interiit etiam filia, cuius cùm tumulum Pompeius in Albano eſſet conditurus, à plebe coactus fuit in campo Martio exequias celebrare, ſicuti memoriæ prodiderunt Plut. in Pompeij vita, Appianus libro Bellorum ciuilium ſecundo, Velleius in poſteriori volumine. Tunc pollicitus eſt Cæſar ſe Populo gladiatorum magnificentiſſimum ſpectaculum editurum, cum ſumptuoſiſſimo epularum apparatu in filiæ memoriam, quod ante eum nemo fecerit, ſicuti ſcribit Suet. in Cæſare, qui etiam teſtatur in vita Augusti, poſt reditum ipſius Cæſaris Diui filij ex Apollonia ad vrbem, ſtatim eo ingreſſo, Iuliæ monumentum fulmine percuſſum fuiſſe. Aſſerunt ſcriptores non Iuliæ mortem, ſed nuptias potius Reipu. deuaſtationis cauſam extitiſſe, quoniam ſocer, atque gener de Romanorum Imperio inter ſe dimicarunt, Cæſar vel fortunæ beneficio, vel ex ſua ipſius virtute victoriam obtinuit, ex cuius hæreditate Octauianus conſecutus eſt monarchiam, nonnihil tamen ſuo preſtantiſſimo ingenio adiutus, atque Romani ſeruire paulatim vni domino aſſueuerunt.






QVOD Marcus Actius Balbus Actiæ pater vir eſſet illuſtris, vel complures eius maiorum imagines ſunt argumẽto, quæ paſſim etiam vſq; ad tempora Diui Hadriani conſpiciebantur, ſiquidem Senatores permulti fuerunt ex ea familia, atque ex matris origine Pompeio erat coniunctus. Hic oriundus fuit ex Aricia antiquiſſimo Latij oppido, vir prætorius, inter Viginti viros agrum Campanum Romanorum colonis Iulia lege diuiſit, quamuis M. Antonius maternam Auguſti originem deſpiciens dicere conſueuerat patrem Balbi Afri generis atque vnguentarium fuiſſe, ac Auguſto aliquando obiiciebat, illum Aritiæ exercuiſſe piſtrinum, Caſſiúſque Parmenſis in quadam ſuarum epiſtolarum carpit, nec ſolùm quia piſtor is fuerit, verum etiam numularius, vti atteſtatur Suetonius in Auguſto. Verum Marcum Antonium carpit Cicero in Philippica tertia, quoniã Octauiano obiecerit Actiam ex Aritia fuiſſe, cùm id municipium, & ob antiquitatem nobiliſſimum ſit, & honorificentiſſimus locus; quin etiam in Balbi, Actiæq; laudem hæc verba ſubjunxit Cicero; Huiuſce ſanctiſſimæ fœminæ, atque optimæ pater Mar. Actius Balbus in primis honeſtus prætorius fuit. Iulia vna ex ſororibus C. Iulij Cæſaris fuit Actiæ mater, quæ ex Balbo etiam filium concepit, vt aſſerit Plinius libro ſeptimo. Nupſit Actia C. Octauio primùm, viro ſanè quàm ditiſſimo, quiq; omnes magiſtratus facile obtinuit, ex quo duos filios peperit, Auguſtum ſcilicet, & Octauiam minorem. Verum poſt Balbi mortem Q. Martio Philippo conſulari viro iuncta filium genuit, quem L. Philippum nominarunt, ac poſtea Caligulæ Imperatoris iuſſu interiit, vt ſcripſit Dion in hiſtoria Auguſta. Narrat Appianus libro Bellorum ciuilium tertio hanc, eiúſque maritum Martium Philippum, poſt Cæſaris mortem in Apolloniam ad Octauianum ſcripſiſſe, ne ob hæreditatem ſibi à Cæſare relictam extolleretur, ſed potius amplecteretur priuatam viuendi rationem, tanquam ſecuriorem, minúſque periculis obnoxiam, Cæſaris exemplum in memoriam illi reuocantes, qui cùm ſuperaſſet inimicos, ab amicis & familiaribus ſibi cauere non potuit. Verum vbi illius animum ad maiora extolli omnino intellexerunt, eum admonuerunt ſæpius vt maturè, ac prudenter procederet, omniáque faceret non minime excogitata; atque arte potius, ac tolerantia, quàm aperta fiducia, res ſuas ad exitum perducere niteretur. Narrat Tranquillus in Auguſto, ſe in Aſclepiadis Mendetis libris legiſſe, Actiam priuſquam Auguſtum concepiſſet, cùm ad Apollinis ſolenne ſa-

## ACTIA CÆSARIS AVGVSTI MATER.

erum media nocte acceſſiſſet, in templúmque lata fuiſſet in lectica, aliis matronis dormientibus obdormiſſe, eóque tempore draconem ei viſum eſſe repente irrepſiſſe ad eam, quo paulo poſt diſcedente, ſomno ſolutam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & continuo in eius corpore maculam velut depicti draconis extitiſſe, nec deleri vllo pacto vnquam potuiſſe, adeo vt in poſterum publica etiam balnea deuitauerit. Priuſquam eadem C. Octauium Cæſarem pareret, vidit per ſomnum ſua viſcera ad aſtra vſque efferri, eáque nunc extendi in vniuerſum terrarum orbem, nunc rurſus contrahi. Obiit enim eo anno, quo primùm Octauianus conſulatum obtinuit, vt ſcribit Suet. in Auguſto, qui fuit à condita Vrbe. 710. Olympiade verò 184. vt aſſerit Caſſiodorus, & Cuſpinianus.






# OCTAVIA MAIOR SOROR AVGVSTI.

OCTAVIORVM familiam Velitris præcipuam olim fuiſſe compluribus argumentis demonſtrauit Suet. in Auguſti vita: qui eos ſcribit Tarquinio Priſco rege primùm in Senatum ab eo inter minores allectos, mox à Seruio Tullo in patricios traductos, ac procedente tempore ad plebem delatos, diui Iuli beneficio in patriciorum numerum reſtitutos fuiſſe, primúmque ex hac familia magiſtratum populi ſuffragio cepiſſe C. Ruffum, eúmque tunc Quæſtorem duos procreaſſe filios Cneum ſcilicet & Caium. A quibus duplicem Octauiorum familiam defluxiſſe ait conditione longe diuerſa. Siquidem Cneus & deinceps qui ex illo ſucceſſerunt, omnes ſummis honoribus functi ſunt. At Caius eiúſque poſteri intra Equeſtrem ordinem conſtitere vſque ad Octauiæ patrem. Proauus paternus Octauiæ ſecundo Punico bello, ſtipendia in Sicilia Tribunus militum meruit ſub Æmilio Papo Imperatore. Eiuſdem auus municipalibus officijs contentus in opulento abundantéque patrimonio tranquilliſſime conſenuit. M. Antonius libertinum Auguſto proauum exprobrat Reſtionem, & pago Thurino auum argentarium, atque proauum eius maternum Afri generis fuiſſe, & modo vnguentariam tabernam, modo piſtrinum Ariciæ exercuiſſe obiicit. Eius frater Auguſtus nihilo amplius quàm Equeſtri familia ſe ornatum fuiſſe ſcribit, eáque vetere quidem ac locuplete, & in qua primus Senator C. Octauius pater ſuus extiterit. Hic omnes magiſtratus & adeptus eſt facile, & egregie adminiſtrauit. Diſcedens è Macedonia, cuius fuerat Prætor, præclaram ſuæ iuſtitiæ ac fortitudinis memoriam relinquens mature deceſſit, priuſquam conſulatum petere ſe habilem conſiteri poſſet. Hæc à Suetonio de maioribus Octauiæ. Ex duabus vxoribus quas ipſe C. Octauius habuerat, quarum prima Ancaria, ſecunda Actia dicebatur; ex Ancaria Octauiam maiorem, ex Actia Octauiam minorem appellatam, quòd minor eſſet ætate, & Auguſtum ſuſcepit. Octauia maior C. Marcello deſponſata fuit, eius Marcelli filio, qui cum Annibale pugnauit, cui binos mares, totidémque fœminas peperit: ex maribus alter Marcus fuit Marcellus, alter C. Marcellus: cum ambæ fœminæ Marcellæ dictæ fuerint. Verùm hæc poſt Caij Marcelli mortem, in ea pace, quam Octauianus cum Marco Antonio poſt Macedoniæ, Peruſiæque victorias compoſuit, in matrimonium Marci Antonij conceſſit; ex quo duas concepit fœminas, quæ vno nomine Antoniæ, at ob ætatem altera

maior, minor altera vocabantur. Cùm verò denuo exoriretur diſſenſio inter Octauianum & M. Antonium, Octauia inter fratrem, maritúmque intercedente, rurſus amicitiam inierunt. Quamobrem Octauia ditiſſima, ſplendidiſſimáque munera Octauiano largita eſt: inter quæ decem onerariæ naues fuerunt ex ijs, quas & ornatiores, & fortiores haberet Marcus Antonius; tum octoginta triremes, phaselóſque totidem. Contrà Octauianus vt ei ſe gratum oſtenderet, mille & fidos & delectos milites, quibus ipſe ſtipendia perſoluebat, illi ad corporis cuſtodiam largitus eſt, quoſcunque deligere voluiſſet Marcus Antonius: quæ ſub finem quinquennij eorum Imperij geſta ſunt, vt tradidit Appianus libro Bellorum ciuilium quinto. Poſtea iter in Syriam, Octauia, filiáque penes fratrem relictis, Marcus Antonius arripuit. Aſiæ delitiæ interea, Cleopatræ laſciuia, & immenſus M. Antonij amor in Reginam, effecit, vt vxoris obliuiſceretur: quamobrem Ægyptiorum moribus adhæſit ita, vt vel Cleopatram in vxorem acceperit. Verùm quantò magis deſpectui ob huiuſce amorem à marito habebatur Octauia, tanto honorificentius à fratre tractabatur, quandoquidem in illius honorem vel duas & magnificas & pulcherrimas porticus, alteram apud Marcelli, apud Pompeij theatrum alteram eius nomini conſecrauit. Illi præterea templum extruxit, forúmque Octauiæ dictum, ſicuti teſtatur Plinius libro trigeſimoſexto. Cùm tamen illa etiam ſuis ſumptibus, in honorem Marcelli bibliothecam conſpicuam cum ipſius Marcelli nomine condidiſſet. Magno in diſcrimine hæc eo tempore verſata eſt, quo eius frater cum exercitu Romæ appropinquabat, vt per vim armorum crearetur Conſul. Si quidem & ipſa, & Actia eius nouerca in templo Deæ Veſtæ ſeſe occultauerunt, quo tempore omni diligentia vſus eſt Senatus, vt ea inueniretur; plebs tumultuabatur illi minans ſupplicium, qui eas occuluiſſet, vel aliquod earum haberet indicium, quod non patefaceret. Cùm autem Romam Octauius aduentaſſet, magna cum lætitia Veſtales virgines in fratris conſpectum eam comitatæ ſunt, vt autor eſt Appianus libro tertio. Illa præterea, vt nonnulli tradiderunt, Virgilio in filij ſui laudem hæc carmina ſub finem ſexti libri Æneidos recitanti; tu Marcellus eris, &c. pro ſingulis verſibus dena ſextertia numeranda curauit. Quin etiam inter Auguſti familiares peritiſſimum illum Architectum Vitruuium collocauit, qui prius fuerat in Caſtris Cæſaris, quod ex commendaticijs eius literis effectum eſt; quarum etiam gratia ille omnibus machinis, bellicíſque in-



ſtrumentis fuit præfectus, vnde maxima commoda reportauit, velut idem memoriæ prodidit in ſuo ad Auguſtum proœmio. Narrat Suet. in Auguſto, Octauiam mortuam eſſe, cùm Auguſtus primo eſſet conſul, atque Dion libro quinquageſimo quinto quòd Cæſar funebrem orationem pro ea habuit in Diui Iulij templo, cùm aureum tegumentum ſuper cadauer poſuiſſet; aliam habuit Druſus, Senatoréſque veſtem mutarunt, quoniam illius mors publicus fuit mœror, cuius corpus à generis ad ſepulchrum fuit deportatum. Neque Cæſar ſanè omnia ea complecti voluit, quæ in eius honorem à Senatu decreta fuerunt. Horum ſententia multum diuerſa eſt ab ijs, quæ ſupra commemorauimus, videlicet. Octauiam maiorem appellatam, quæ Caio ac ſubinde M. Antonio poſt Peruſinum bellum nupta fuerat, diem ſuum obijſſe in primo illius fratris conſulatu; quæ res mihi ſanè maximam admirationem affert, cùm Dion ſcribat corpus ſuum à generis ſuis ſepolchro deportatum fuiſſe, quibus verbis coniectari licet, nec fuiſſe Octauiam minorem, nam illam generos habuiſſe non reperio, ni forte hanc de qua agimus, cenſeremus potius minorem appellandam. Sed te quæſo ſtudioſe lector, vt aliquid tui laboris operi noſtro adhibeas, quò magis poſteri perfruantur antiquorum exemplis. Harum rerum quæ ſuperius diximus, mentionem fecit Plinius libro decimo nono, Suet. in Auguſto, Velleius poſteriori volumine, ac Plut. Neque illud profectò prætermittendum exiſtimaui, quod à Suetonio dicitur in vita C. Cæſaris, quia hæc Pompeio in matrimonium à C. Cæſare fuit oblata ſub hac tamen conditione, vt is illi ſuam filiam collocaret; quo efficiebatur vt affinitas & amicitia quaſi ſanctiore quodam vinculo firmaretur.




XI



# SERVILIA OCTAVIANI PRIMA VXOR.

EX Publio Seruilio cognomento Iſaurico, qui bis conſulatum geſſerat, Seruilia oritur. Habuit eius pater hoc cognomentum ex Iſauria, ciuitate quadam Pamphiliæ, quam ille ſubegit poſt eam victoriam, quam de Piratis obtinuit. Sub hoc magiſtro, eo tempore, quo mortuus eſt Sylla, Iulius Cæſar militiam breue tempus exercuit: atque adeò pauperem hunc fuiſſe afferunt, vt ex publico exequias illi fieri oportuerit. Nupſit Seruilia Octauiano adoleſcenti; verum poſtquam reconciliatus eſt M. Antonio Octauianus poſt primò natam inter eos ſimultatem, militibus vtriuſque expoſtulantibus neceſſitudine aliqua amicitiam ſtabilire, corroborareque, repudiata fuit, vt aſſerit Suetonius in Auguſto.






# CLAVDIA AVGVSTI VXOR II.

PVBLIVS Clodius Tribunus plebis ordinis Equeſtris, à quo genita eſt Claudia, fuit iuuenis formoſus, opulentus, & eloquens; veruntamen vitijs deditus, ſuperbus, & quouis alio inſolentior: omnibus quidem notus ob adulteria, verum ob ipſa præcipuè Pompeiæ Cæſaris vxoris, triũmque ſororum ſuarum ſtupra, Clodiæ ſcilicet Luculli vxoris, Tertiæ Martij Regis, & Quadrantis, quæ Metello Celeri nupſerat: de quibus mentio facta eſt à Leonardo Aretino apud Plutarchum in vita Luculli, non vt interprete, ſed vt conditore. Occiſus fuit à Tito Annio Milone apud locum quendam Bouillas nuncupatum, cum ex Aritia reuerteretur, quod Ciceronis eius inimici hortatu factum fuiſſe creditur. Huius cadauer cùm in Curia combureretur, arſit & ipſa Curia: de quo in Epitomis mentionem fecit Florus, Plut. in Luculli vita, Marcique Antonij & Ciceronis, Appianus libro Bellorum ciuilium ſecundo, Suet. in Auguſto, Plinius libro trigeſimo-ſexto, & Aſconius pluribus verbis in Orationem Ciceronis pro Milone. Neque ipſo mater ſanè minus fuit obſcœna, quandoquidem omni luxuriæ, libidiniſque genere ſuum corpus contaminauerat; fuitque ſuperbiæ fons, & ambitionis, animóque ferino, & immani. Hæc Fuluia Clodio primùm nupſit, deinde Curioni, ac nouiſſimè M. Antonio; L. Antonium, Antonij mariti ſui fratrem ad Peruſinum bellum inflammauit; Marcũmque Antonium rurſus in Octauianum ad capeſſenda arma incitauit, quòd ea ratione factum iri ſperabat, vt Antonius à Cleopatra diſtraheretur, ſi quis rerum motus eſſet in Italia. Hæc Catilinæ coniurationem Ciceroni detexit; hæc cum illius poſtea caput ſibi oblatum fuiſſet, id ſumpſit in manus, conſectata conuicijs ſpuit in faciem, ſupra genua collocauit, ex eóque ore aperto linguam extraxit, quam acu è ſuis comis erepta magna cum voluptate pupugit. Quin etiam thoraca induebat Fuluia in bellis, gladium accingebat, ſigna diſtribuebat inter milites, atque ſæpius concionabatur; ita vt nihil prorſus in ea fœmineum præter corporis formam reperiretur. Verùm illa poſteaquam nullo pacto fieri poſſe intellexit, vt bellis Italicis M. Antonius ex Aſia extraheretur, cùm iter arripuiſſet vt ad eum in Aſiam nauigaret, mortua eſt Sicyone ex mœrore ob reprehenſiones illius percepto, tribus filijs maribus relictis, Attilio ſcilicet, Iulio, & Antonio. Hæc igitur ex eo patre cuiuſmodi fuit Clodius, & matre, qualis Fuluia, nata eſt Claudia,

# CLAVDIA AVGVSTI VXOR II.

quæ nupſit Octauiano, cùm nondum eſſet nubilis, cùm primum reconciliatus eſt M. Antonio Octauianus: quæ ob quandam diſſenſionem inter Fulniam, & generum coortam, cùm virgo eſſet adhuc, fuit repudiata. Quódque cauſa ſimultatis verè extiterit, Cæſar in epigrammate quodam ſuo edito in balneis patefecit, quod inter Martialis carmina libri XI. legitur: ſed cùm id paulo ſit obſcœnius, à nobis eſt prætermiſſum. Mentionem fecerunt eorum, quæ dicta ſunt, Appianus in principio libri ſecundi Bellorum ciuilium, Velleius poſteriore volumine, Cicero in ſecunda Antoniana, Sueton. in Auguſto & Claudio, Floruſque, & Plut. in vita Antonij.






LIBONES, cognomento Scribonij præclara fuit apud Romanos familia: quandoquidem patricij fuerunt, & L. Libo Scribonius Scriboniæ frater vir fuit Conſularis, affinitateq; coniunctus Sexto Pompeio, & Octauiano Cæſari; quoniam Pompeio filiam dedit, Cæſarique ſororem ſuam Scriboniam in matrimonium dedit, ſicut memoriæ prodidit libro Bellorum ciuilium quinto Appianus, Tacitus libro ſecundo, Dio in Tiberio, & Suet. in vita Augusti. Reperiuntur argentea quædam numiſmata penes multos hoc Conſule conflata, in quorum altera parte Boni Euentus effigies conſpicitur, in altera verò prætoria ſedes, quæ Puteal nuncupatur, & erat in regione VIII. Vrbis, inter arcum Fabianum, & celebrem mercatorum locum, vti apud P. Victorem, de qua in Horatij Epiſtolis ita legitur.

——— Forum Putealque Libonis
Mandabo ſiccis.

Ita verò de Puteali à nonnullis ſcribitur: Et Puteal, quæ erat ſedes prætoris, dictum eſt Libonis, à Libone Scribonio, qui propè arcum Fabianum tribunal & ſubſellia collocauit. Hoc in altera parte habet inſcriptum; LIBO; in altera verò; PVTEAL SCRIBON. cuius hoc exemplar eſt.



Statim verò atque Claudiam repudiauit, Scriboniam Octauianus Cæſar vxorem duxit, quamuis nuptã ante duobus Conſularibus viris ex altero peperiſſet filium. Verum poſteaquam Iuliam peperit, repudiata fuit ob morum peruerſitatem plane intolerabilem. autor eſt Tranquillus in libro de Grammaticis, quod cum eſſet ſeruus Scribonius grammaticus per eam libertate donatus eſt. quanquam non eſt exploratum, ea ne id fecerit, an eius mater. Habuit & fratrem pariter Libonem Druſum nominatum, qui ſibi ipſi manum intulit. Cuius meminit Tacitus libro ſecundo.






IVLIA Auguſti, Scriboniæque filia, ita à patre educata eſt, vt nullo modo credi poſſet, quin præſtantiſſima, maximáque virtute prædita eſſet futura: quandoquidem vel & lanam deducere in prima eius ætate edocta eſt, ac omnes eas artes, quæ ad inſtituendam domeſticam adminiſtrationem pertinent, percepit: omníque morum probitate fuit ornata. Verum cùm adoleuiſſet, laſciuúmque eius animum animaduertiſſet Auguſtus, illius inſtituta obſeruare cœpit. Quamobrem nihil ei cum aliquo vel agere, vel dicere permittebatur, niſi propalam, & vt in diurnos commentarios referretur, iuſſit, quicquid ea vel feciſſet, vel dixiſſet. Præter omnia verò extraneorum cœtus illi prohibuit, ita vt cùm Tucinius quidam nomine clarus, decorúſque iuuenis ad eam viſendam aduentaſſet, eum perperam egiſſe ſcripſerit Auguſtus, quòd Baias ſalutatum veniſſet eius filiam. Hæc cùm primum nupſiſſet (nupſit enim ter) maritum habuit Marcellum, Octauiæ ſororis Auguſti filium, tùmque pueritiam egreſſum. Poſtea quàm autem is ex humanis deceſſit, ſtatim nupſit Marco Agrippæ, qui habuit vxorẽ Marcellam Octauiæ ſuperioris filiam; atque mortuo etiam Agrippa cùm multorum conditionem, ingeniúmque diutius perpendiſſet Auguſtus, & vel ad Equeſtrem ordinem deſcendiſſet, Tiberio, eius priuigno eam in matrimonium collocauit, quem ad repudiandam compulerat Agrippinam Agrippæ ſuperius commemorati filiam, primam ipſius vxorem prægnantem, quæque ex eo Druſum conceperat. Illud ſane prætermittendum duxi, quod ſcripſit Marcus Antonius, eam Antonio eius filio primùm nupſiſſe, poſtea Cotiſoni Getarum regi, tanquam minus à ſcriptoribus confirmatum, cùm dicant complures Antonium adulterum, non autem maritum illius extitiſſe. Tres filios ſuſcepit ex M. Agrippa, Caium, Lucium, & Agrippam, duáſque filias, Iuliam ſcilicet, & Agrippinam.

## CAIVS ET LVCIVS CÆSARES.

Caius, & Lucius ab Auguſto ex antiquorum inſtituto adoleſcentes per aſſem & libellam empti adoptati fuerunt, qui ab eo à teneris vſque ad Reipublicæ adminiſtrationem admoti ſunt, deſignatique Conſules, & Cæſares nuncupati, ac circum prouincias exercitúſque dimiſſi, & litteras edocti, vt eius chirographum imitarentur, nataréque & res agere his perſimiles, edocuit. Hos cùm vnà cum illo comederent menſæ aſſiſtere; atque cùm iter faceret, ante ipſum, vel circa vehiculum adequitare, voluit. Verum cùm præter cæteros homines Auguſtus filiorum probitate contentus eſſet, & optima quæque de ijs ſibi poſſe polliceri videretur, effectum eſt

per Liuiæ ſcelus poſt adoptionem vt intra decem & octo menſium ſpatium ambo mortui ſint. Caius in Lycia, Lucius Maſſiliæ, ſicut hiſtorici teſtantur.





Ad noſtra vſque tempora duo monetarum genera apud multos extant, qui harum ſunt ſtudioſi: quarum aliæ ſunt argenteæ in Caij honorem impreſſæ cum eius imagine ſuper equo conſidente eo tempore, quo miſſus eſt in Orientis regiones ad Armeniæ, Parthorúmque res componendas: quæ imago cum ſignis eſt militaribus, habétque hanc ſuperius inſcriptionem; C. CAES. atque ſub pedibus equi; AVGVST. F. id eſt Caius Cæſar Auguſti filius. Aliæ ita aureæ vt argenteæ impreſſæ ſunt in vtriuſque honorem, in quibus duæ viſuntur ſtatuæ, altera Caij, Lucij altera cum ſcutis, haſtiſque inauratis, quæ ab Equeſtri ordine illis ineunte eorum adoleſcentia, cùm Cæſaris nomen aſſumpſerunt, elargitæ ſunt, quibus defunctis in Curia (hic erat locus vbi habebatur Senatus) poſitæ fuerunt, vti atteſtatur Dion libro quinquageſimo quinto. Inter vtrámque haſtam augurali ſunt inſignia, acerra ſcilicet, ac lituus, quæ in Lucium referuntur, quoniam is fuit Augur, ſicuti aperte inſcriptio peruetus in Monteſia Hiſpaniæ ciuitate reperta, patefecit: ita ſe habens; MVNICIPIVM ALBENSE VARCAONENSE DD. L. CAESARI AVGVRI COS. DESIGNATO C. DEDICAVIT. ac ſub dictis ſtatuis hæc eſt inſcriptio; C. L. CAESARES. tum circum; AVGVSTI F. COS. DESIG. PRINC. IVVENT. quæ ita legitur; Caius, Lucius Cæſares, Auguſti filij Conſules deſignati Principes Iuuentutis. Sed de hoc aliiſque compluribus numiſmatibus copioſiorem mentionem, explicationémque fecimus in iis libris, in quibus egimus de Numiſmatibus antiquorum.

## POSTHVMVS AGRIPPA CAESAR.

Poſt Caij Luciíque obitum Agrippa Poſthumus (ſic enim dicebatur eo quòd poſt mortem parentis natus fuerat) eorum frater vnà cum Tiberio ab Auguſto adoptatus fuit per legem Curiatam. Verùm breui ob ſordidum eius ingenium fuit exhæredatus, abdicatúſque Iulia familia, & ei Surrenti confinia conſtituta. Vbi cùm per quoddam tempus



fuiſſet, peiórque in dies euaderet, ex Surrento in Planaſiam inſulam relegatus eſt, vbi magna militum cuſtodia includitur, atque cuſtoditur. Mox inualuit opinio, quòd cum eo reconciliatus Auguſtus fuiſſet, niſi mors ipſum Auguſtum de medio prius ſuſtuliſſet ob Liuiæ eius vxoris ſcelus: quæ ne eum reuocaret, denuóque adoptaret verebatur; qua re effectum eſſet, vt Tiberius de omni prorſus ſpe in Imperium ſuccedendi deiiceretur. Statim autem atque deceſſit Auguſtus, Agrippam à Centurione à quo cuſtodiebatur, ipſa Liuia ita imperante, vt fama eſt, fuiſſe occiſum. Iulia cùm libidini eſſet dedita, & adulteriis, ſemper iuuentutis & quidem luxurioſæ grege circunſidebatur, vt ſcripſit Macrobius libro Saturnaliorum ſecundo, illis ſui corporis copiam faciens, atque non domi ſolum ſe iis concedebat, verum etiam per noctem in viis, in plateis, ſuper tabernis, omnibúſque in publicis ciuitatis locis, ita vt paſſim lupanaria faceret, reíque venereæ diuerticula. Cognitum fuit ex huiuſmodi flagitiis multo plus naturam quàm paternam inſtitutionem potuiſſe; atque litteris mandauit Plinius libro vigeſimo primo eam omnis licentiæ habendi floream coronam circa caput Marſiæ conſecratam exemplum fuiſſe. Hiſce rebus compulſus eſt infelix Auguſtus vt legem de adulteriis ferret, atque turpem viuendi rationem filiæ ſuæ in Senatu cum magno ſuo dedecore abſens libello per Quæſtorem recitato patefaceret, abſtinuitque congreſſu hominum diu præ pudore, déque ea necanda deliberauerat, mox relegatæ vſum vini, omnémque delicatiorem cultum ademit, ac Tiberij nomine repudiauit, qui Rhodum per id tempus ſe ſe contulerat, quòd ab ea contemneretur, vtpote inferioris fortunæ homo, miniméque dignus illius matrimonio. Hic tamen ad Auguſtum ſcripſerat, eúmque obſecrauerat, vt omnia filiæ ſuæ concederet, quæ largitus fuerat, tanquam honeſtæ optimæque fœminæ: Quanquam nullum is intelligere poterat vel hoc ſuauiorem vel optatiorem nuntiū. Iuſſit præterea vt poſt ſuum ipſius obitum ſi qua dictarum Iuliarum moreretur, ne vlla in eius deponeretur ſepulchrum. Hanc verò in Pandateriam inſulam relegatam vnà Scribonia eius mater comitatur voluntarium cum illa exilium perpeſſa. Vetuit præterea Auguſtus, ne quis aut liber, aut ſeruus eam adiret niſi ſe conſulto, quod perpaucis tamen concedebatur; atque id ita vt certior fieret qua is ætate, qua ſtatura, quo colore eſſet, quibus etiam corporis notis, vel cicatricibus. Verum cùm accidit vt ſerua quædam Fæda nomine, quæ huic erat fida, adulteriorúmque conſcia ſuſpēdio vitam finierit, quod eam puderet, pigerétque, ita obſcœnæ dominæ inſeruire, ſe maluiſſe, ait, Fædæ patrem fuiſſe, quàm Iuliæ. Poſt quinquennium illam ex inſula in continentem deníque lenioribus

paulo conditionibus tranſtulit ; conceſsitque vt Rheginorum incoleret oppidum, quod è regione Siciliæ oppoſitum eſt. neque tamen precibus, vt eam omnino reuocaret exorari vllo modo potuit, ac deprecanti ſæpè Populo Ro. & pertinacius inſtanti tales filias, taléſque coniuges pro concione imprecatus eſt ; edixit etiam ex Senatus conſulto vt eodem loco in perpetuum contineretur, ad omnémque Agrippæ & Iuliarum mentionem ingemiſcens proclamare ſolebat.

αἴθ' ὄφελον ἄγαμος μένειν, ἄγονός τ' ἀπολέσθαι, hoc eſt.

Viuere debueram natorum & coniugis expers.

neque aliter eas appellare conſueuerat quàm tres vomicas, triáque ſua carcinomata. Cùm rurſus rogatus fuiſſet aliquando Auguſtus à Populo vt eam reuocaret, facilius eſſe dixit aquam cum igne commiſceri. Cucurrit igitur multitudo ignémque proiecit in Tiberim, neque tamen eam redire ille paſſus eſt. Cùm eſſet ei, vt aſſerit Macrobius libro Saturnal. ſecundo, ab amico quodam graui ſuaſum, quòd melius eſſet factura ſi ſe compoſuiſſet ad exempla paternæ frugalitatis, ille obliuiſcitur, inquit, ſe eſſe Cæſarem, ego memini me Cæſaris filiam. Cùm Iulia igitur hanc viuendi rationem ſeruaſſet, & cum Tiberio mutuo amore vixiſſet primum, & coniunctè ; poſt filij mortem, quem Aquileiæ ex eo pepererat, exorta eſt inter eos ſimultas ; neque minus corporibus, quam animis ſunt diuiſi, quippe cùm nunquam ſimul concumberent. Verum per id tempus, quo Germanici exercitus ſeditio à Germanico Cæſare ſedata eſt, cùm Tiberius Imperium eſſet adeptus, interfecto Poſthumo Agrippa eius fratre, in quo omnem ſuam ſpem collocauerat, famoſa, inops, & exul diem ſuum obiit, cùm exilium quatuordecim annis toleraſſet.



160



# IVLIA IVLIÆ MARCIQVE AGRIPPÆ FIL.

IVLIA huiuſce, Marcique Agrippæ. III. Cos. filia ſub eadem cuſtodia, vitæque ſeruitate, qua & eius mater ab Auguſto habita fuit, & lanam deducere docta, aliáque omnia, de quibus dictum eſt ſuperius. Nupſit Lucio Paulo Pauli Æmilij Cenſoria filio, ex quo peperit Æmiliam Lepidam poſtea nuptã Claudio, neque ſanè à maternis moribus fuit aliena, quãobrem eandem paſſa eſt fortunam, ibique per viginti annos fuit Liuiæ Auguſtæ facultatibus adiuta, ac in eo loco Iulio Syllano & Nerua Silio Coss. interiit. cùm eodem anno, quo auus Auguſtus inter homines agere deſijt, filium peperiſſet, minime ab Auguſto legitimum iudicatum, agnoſci ipſum alique vetuit. Quin etiam cum ruri magnis ſumptibus ac magnificentia palatium ornatiſſimum extruxiſſet, id Auguſto ita imperante funditus ſolo æquatur. Plin. libro ſeptimo tam inter ſuas delitias Conopem quẽdam nomine habuiſſe aſſerit duorum pedum longitudine, inſtar eorum, quos Latini pumilos vel pumiliones, Greci verò quod & Itali retinuerunt, νάνους appellare conſueuerunt. Huiuſmodi hominis imaginem æream perexiguam habet honeſtiſſimus Ioannes Grimanus non ob ſingulares ſolum, atque infinitas prope ſuas virtutes, verum etiam ob ſummam probitatem, & regiam prope magnificentiam, digniſſimus Aquileiæ Patriarcha, qui vel ſublimioris fortunæ eminentiæ maximè eſſet idoneus, ſummuſque antiquarum rerum & admirator, & inueſtigator. Ita verò ſingulari artificio, tantóque ingenio pumili membra, omneſque corporis partes & omnes muſculi exprimuntur, vt non arte facta videantur, ſed ipſa natura & formam, & reſpirandi vim contuliſſe appareat: ita ad verum proximè accedit ars in exigua hac materia. Illud ſanè facile contingere poſſet, vt ad imitationem huiuſce Conopis, ac ſimilitudinem facta fuerit, vel ſuperius dictæ Iuliæ pumili. Iuliarum adulteros quicunque volumen poſterius Paterculi legerit, notatos inueniet, quoniam ſingulos recenſere moleſtum eſſet. Reliqua verò, quæ de Iulijs ſcribuntur, habentur ex pluribus Suetonij locis ex Auguſti, Tiberijque vita, ex libro Senecæ de Beneficijs ſexto, ex Dione, & Tacito ex Auguſta hiſtoria.

Liuia






# LIVIA AVGVSTA VLTIMA AVGVSTI VXOR.

LIVIA Druſilla, fœmina omnium illius tempeſtatis, præſtantiſſima, nobiliſſimaq; tum ob ſuam ipſius virtutem, tum etiam ob duarum illuſtrium familiarum, Liuiæ ſcilicet, & Iuliæ, adoptionem, fuit Liuij Druſi Calidiani filia; qui poſt C. Iulij Cæſaris interitum, cùm coniuratorum partes ſequeretur, poſt victos à Cæſare Diui filio Brutum, & Caſſium ſeipſum interfecit ne in hoſtium manus deueniret, vt autor eſt Velleius. Cum ea Tiberio Claudio Neroni ob bellum Peruſinum exulanti nupſiſſet, poſt eius belli exitum ſoli fugientes, nec ab vllo ſeruo comitati cum Tiberio nuper nato idq; clam, ne in Cæſarianorum militum manus inciderent, ad littus profecti, in Siciliam ad Pompeium traiecerunt. Poſtea pâce inter Pompeium, ac Triumuiros compoſita Romam ſuo cum Nerone reuerſa, ita Octauiano Cæſari placuit ob pulchritudinem morûmque præſtantiam, vt cùm nullam rationem is haberet, quòd ea & iam ſextum menſem ferret in vtero, & iam mater eſſet, à Nerone poſtulauerit vt eam in vxorem ſibi concederet, cùm illis diebus Scriboniam repudiaſſet. Quamobrem cùm de Iulio Cæſare mentionem feciſſet Franciſcus Petrarcha in triumphis, his carminibus poſtea elegantiſſime dixit de Augusto.

L'altro'e'l ſuo figlio: e pur amb coſtui
Piu giuſtamente, egli è Ceſare Auguſto
Che Liuia ſua pregnando tolſe altrui.

Hæc enim dictio, pregnando, pro eo quod eſt pregnans exiſtens, capitur; cùm apud nullos antiquos ſcriptores inueniatur illum precibus Liuiam à marito accepiſſe, ſed potius, vt Suetonius ſcribit, abduxiſſe matrimonio Tiberij Neronis, cùm inquiat: ſtatim Liuiam Druſillam matrimonio Tiberij Neronis & quidem prægnantem abduxit, dilexitque, &c. Accidit iis ipſis diebus, vt cùm infans puer quidam Liuiam vidiſſet cum Auguſto iocantem, ac Neronem eius maritum ſeorſum ſedentem, ad Liuiam conuerſus diceret: quid hic moraris? an non tuum maritum vides ſolum ſedentem? quin eò te confers? Apparuit iis ipſis temporibus prætere, vt affirmat Plin. libro decimo quinto, & Suet. in Galba memoria dignum augurium, aquila enim cùm gallinam quandam albam corripuiſſet, quæ roſtro lauri ramum baccis onuſtum tenebat, ita vt rapuerat, eam demiſit illæſam in Liuiæ gremium, à qua & ipſa gallina, & pulli ex ea nati educati fuerunt, ramum in villa Cæſaris iuxta Tiberim plantarunt qui locus eſt ad nonum lapidem in via Flaminia, Gallinæ quę à nobis hodie etiam vocatur, atque optimè fuit cuſtoditus. Ex ea lauru poſtea coronari conſueuerunt Imperatores in triumphis, atq; inde vulgatum illud natû eſt prouerbium,

Quia tu Gallinæ filius albæ.

Cùm ita ex Claudia familia in Iulioꝝ adoptata fuiſſet Liuia, intra trium menſium ſpatium Tiberium peperit, quamobrem dictum eſt ab iis qui Auguſtum carperent, quòd fortunatioribus ac potentioribus hominibus filij intra trium menſium ſpatium naſcerentur; atque hoc quia hic cæteris hominibus fortunatior fuit iudicatus. Cùm eſſet in Auguſta domo ita Cæſaris voluntatem ſequi, ita illi obtemperare cognouit, vt facilè, quæcunque optaret, conſequeretur. Interrogantibus igitur matronis quibuſdam Romanis qua arte ita ſibi beneuolum Auguſtum reddidiſſet, modeſtia reſpondit; cùm omnia ex eius voluntate efficiam. Quin etiam cùm nihil de eo perquireret, ſe neſcire res eius ſimulabat, aliarúmve mulierum amores, ſicuti Terentiæ Mœcenatis vnius maximè familiarium amicorum atque conſiliariorum, vxoris, quæ ipſum amabat, & pulchritudine tamen contendebat, ſicuti ſcriptum reliquit Dion. Quamcunque præterea ſiue in Orientis, ſiue Occidentis regionem accederet eum ſequebatur, vt aiunt. His igitur de cauſis ita beneuolentia polluit Liuia autoritatéque apud Auguſtum, vt non ſolum Tiberium in illius, tunc ira commoti quia præter eius voluntatem Roma ſeceſſerat, Rhodúmque ſe contulerat, gratiam reuocauerit, verumetiam ſuis perſuaſionibus, ac blanditijs, quarum erat peritiſſima induxerit (in id enim animum intenderat vt Tiberius poſt Auguſti obitum, mortuo iam Caio & Lucio Cæſaribus quamuis ſuperſtes eſſet Agrippa eorum frater, rerum potiretur) vt illi hæreditatem relinqueret imperij, quem etiam in filium adoptauit. Ita verò magni faciebat huiuſce iudicium, ac prudentiam Auguſtus, vt libentiſſimè ferret ſe admoneri, conſiliúmque eius vel de rebus maximis amplecteretur. Effectum eſt etiam ſæpius ea ita perſuadente, vt vel à ſupplicijs ob iniurias in ſe ciuium, abſtinuerit, multíſque pepercerit. Cùm hic porticum ornatiſſimam magnis ſumptibus extruxiſſet, eam Liuiæ nomine nuncupauit, vti ſcribit Dion libro quinquageſimo quarto, & quinquageſimo quinto, Suetoniúſque in vita Auguſti. Cùm nuntius eius victoriæ aduentaſſet, quam Tiberius de Dalmatis, ac Pannoniis conſecutus fuerat; atque idcirco ea tum in Capitolio, tum in alijs locis conuiuia mulieribus exhiberet; acceſſit & nuntius, qui Claudij Druſi ſecundi eius filij, qui victor ac triumphans Romam erat reuerſurus, mortem ſignificauit: Quamobrem Senatus P.Q.R. vt eam ſolaretur multas ſtatuas illi dicarunt; atque inter mulieres quæ treis filios peperiſſent adſcripta fuit, quamuis duos tantū Tiberium, & Claudium Druſum peperiſſet, atq; immaturum partum, quem Latini abortiuum dicunt. Conceſſerunt illi præterea vt quoties ingrederetur theatrum, eius ſedes collocaretur inter Virgines Veſtales, vt ſcripſit libro quarto Tacitus. Ma-



163

gnum profectò amoris indicium illi Auguſtus ſub vitæ ſuæ finem declarauit; nam cùm eſſet iam iam moriturus eam deoſculatus eſt hæc inquiens: Liuia noſtri coniugij memor viue, ac vale; cùm tamen eam prius ex triente hæredem vnà cum Tiberio per teſtamentum reliquiſſet, iuſſiſſétque vt Iuliorum familiæ diceretur, Auguſtæque nomen aſſumeret. Effectum eſt hinc vt pro Liuia Iulia ſit appellata, atque idcirco accidit, vt Hiſtorici modò eam Liuiam ex ſua Liuiorum familia, modò Iuliam ex Iuliorum, vocauerint; atque hanc nominum varietatem ego diligenter obſeruaui, in quorum fidem, ſi quid hic præter breuitatem requireretur, multorum ſententias poſſem addocere. Et quoniam iis temporibus, ob hominum iniquitatem vrbs maximè incendiis erat obnoxia; illa, vt teſtatur Dion libro quinquageſimo ſexto, incenſis domibus opem ferre conſueuerat. Quamobrem Romani non parum eam tanquam matrem piam dilexerunt; quam, cùm ex palatio exiret, magna & grauium & doctorum virorum multitudo comitabatur, vt aſſerit Macrobius libro ſecundo Saturnaliorum. Scripſit Dion libro quinquageſimo ſeptimo, inter reliqua humanitatis argumenta digna memoria, hoc etiam apophthegma: quòd cùm nudis quibuſdam hominibus fuiſſet obuia, atque idcirco illi eſſent necādi, ab ea ſeruati fuerunt, cùm diceret, hos apud honeſtas & continentes mulieres ſtatuis minimè differre. Atque quamuis inſignes hæ virtutes in ea eluceſcerent, quòd Marcello mortis cauſa extitiſſet male audiebat, vt ait Dion libro quinquageſimo tertio. Fama eſt præterea quòd Germanico eius nepoti venenum dandum curauerit, quam prouinciam Cn. Piſoni Syriæ Præfecto demandauit, Plancinæque eius vxori, vt ſignificare videtur Piſo in epiſtola quadam ad Tiberium. Quod etiam coniectare licet ex ea gratia, qua plurimum Plancina apud ipſam polluit, cùm condemnatus fuiſſet Piſo; quoniam abſoluta fuit ſceleris pœna, cùm ſumma optimorum virorum admiratione, vt pluribus verbis teſtatur Corn. Tacitus libro tertio. Quin & fama erat quòd Caium, Luciúmq; Cæſ. veneno necaſſet, atque credita eſt Auguſto etiam mortis cauſa extitiſſe. Fertur enim Auguſtus clam in Planaſiam inſulam nauigaſſe, vbi condemnatus erat Poſthumus Agrippa, cùm eſſet rumor quòd in Auguſti amicitiam rediiſſet, ſpémque ex eo fore vt iuuenis penatibus aui redderetur, quoniam complures effuſæ lachrymæ inter viſendum charitatiſque ſigna apparuerunt. Hoc autem deprenſum fuit, quodam Maximus, qui Auguſtum comitatus fuerat, Martiæ ſuæ vxori detexit, eáque Liuiæ, quæ cùm vereretur ne Agrippam reduceret, eique relinqueret Imperium, tempus opportunum præripuit, atque ficus vel in ipſa arbore, vnde Auguſtus mane aliquando decerpere comedeŕeque ſolebat,

veneno infecit. Acceſſit & ea tunc, minimèq; infectas vnà comedit, venenatáſque porrexit Cæſari. Hac ipſa de cauſa defuncto Auguſto, Agrippam creditur curaſſe necandum à Centurione quodam, ne is aliquem tumultum, dum nouus crearetur Imperator, excitaret, vti ſcripſit Dion quinquageſimo ſexto libro, ac in primo Tacitus. Cùm deceſſiſſet Auguſtus cùmque inter Deos retuliſſet, Romæ Heroicum illi templum erexit cum ſtatuis ſedentibus, tenentibúſque dextera frondes querneas tanquam humani generis foret ſeruator: Quæ in monetis ex ære Corinthiaco miſto impreſſæ fuerunt, atque nunc etiam viſentur. In huius honorem ceremonias præterea, pompas, ſolenniáſque ſpectacula conſtituit, vt Equorum curſum, ludóſque Auguſtales, deditque ducenta ac quinquaginta dragmarum millia Humerio Senatori Athenienſi, qui ſe Auguſti animam in cœlum volantem conſpexiſſe iurauit: vti ſcribitur à Dione libro ſuperius citato. Hoc templum illi in Palatio erectum fuiſſe tradit Plin. libro duodecimo. Neq; in deos ipſos quidem vulgaris fuit illius pietas, quandoquidem in Capitolio Iouis Opt. Max. templo ea pulcherrimum cryſtalli montanæ fruſtum depoſuit, magnitudinis nunquam antea conſpectæ; nam ad centū & quinquaginta librarum pondus accedebat. In æde etiam concordiæ aureum cornu conſecrauit. Plinius libro trigeſimo ſeptimo, & libro vltimo. Cùm adeptus fuiſſet Imperium Tiberius incœpit ea vnà magna cum arrogantia res adminiſtrare: eráque ita & faſtu plena, & ſuperbia vt illi vel id obiicere non dubitauerit, ſe illum feciſſe Imperatorem dum viueret adhuc Auguſtus. Accipiebat in domum Senatum, admittebátque populares qui eam ſalutatum veniebant: eodémque modo ſalutabatur, quo Imperatores conſueuerant: atque in literis, quæ ſcriberentur per quoddam tempus eius nomen cum nomine Tiberij continebatur. Scripſit Tacitus libro tertio eam vſque adeo arrogantem contumacémque fuiſſe, vt cùm apud theatrum Marcelli effigiem Diuo Auguſto dicaret poſt ſuum ipſius nomen, Tiberij nomen aſcripſerit: qua re efficiebatur vt ſuperiorem Tiberio Imperatore demoſtrare voluerit: neque tamen auſa eſt in Senatum etiam accedere. Adulabantur itaque tum Romani, tum externæ etiam nationes tanquam Auguſtæ Imperatrici: atque alij parentem, alij matrem patriæ appellandam cenſebant, vt aſſerit Tacitus libro primo. Cùm Aſiæ ciuitates Senatus nomini templum erexiſſent ac Tiberij, vt ipſius etiam nomen aſcriberetur aſſenſa eſt. Hoc templum in quodam Tiberij numiſmate ſculptum eſt, ſuper quod duæ ſunt victoriæ, verum Senatus, Liuiæue nomen minime legitur: cum ipſum Romæ ac Tiberij ita conſpiciatur; ROM. ET AVG. in ea verò parte, in qua effigies eſt Tiberij, huiuſmodi eſt inſcriptio; CÆSAR



PONT. MAX. Aſſentitur huic numiſmati & aliud vnciale ex ære pariter Corinthiaco miſto, quod habet Tiberij imaginem Heroica forma lauro coronatam cum patera in dextra, læua verò habet haſtam, atq; circum-inſcriptionem huiuſmodi; CIVITATIBVS ASIÆ RESTITVTIS. quæ ſtatua ab Aſiaticis in eo templo fuit erecta. Explicabitur autem à nobis copioſius peropportuno loco in declarationibus numiſmatū in primo de Cæſaribus libro, quæ cauſa huius honoris extiterit, quæue fuerint hæ ciuitates, aut in qua earū templum id fuerit, quóve anno hæc geſta ſint. Quin & ipſa Hiſpania vlterior Auguſtæ Iuliæ adulata: quippe quæ per legationes Romam miſſas impetrauerit vt ſibi extruere templum liceret Tiberij, Liuiæque ipſius nomini, vt ſcripſit Tacitus libro quarto. Duæ præterea Iudææ ciuitates Antocratis, & Bethſaida, hæc à Philippo, illa ab Herode, Iuliæ vocatæ fuerūt, in honorem Liuiæ: Sicuti teſtatur Ioſephus libro XVIII. Antiquitatum.

## SALVS AVGVSTA.

Similiter Romani inter multa ſimulachra quæ in Dearum formas illi ſtatuerunt, vnum in ſalutis Deæ illum erexerunt; cuius facies ex ipſius Liuiæ facie erat deprompta. Huiuſce dedicationis ea cauſa fuit, vt inquit Dion; quòd vbi coniuratio quædam multorum Romanorum ciuium in Auguſtum detecta fuiſſet, cuius princeps Cn. Cornelius Pompeij Magni nepos ex filia, ipſa Liuia ſuadente, atque adhortante omnibus Auguſtus pepercit: atque Cornelius ipſe pro ſupplicio, & animaduerſione Conſulatus dignitatem à Cæſare obtinuit, cùm diceret Liuia Principes ſubditorum ſalutis gratia non autem ſuæ tantum inſtitutos fuiſſe. Atque quicunque alia opinione aut animo rebus publicis præſit, hunc vel cæde dignum eſſe, vel tanquam Tiranum è regno eſſe deiiciendum. Ita enim pollicitationes iuſque iurandum ſeruare debet Princeps quæ populus receperit, vt ipſe populus principis ſalutem debet defendere. Sic ſanè fert lex honeſti, ac æqui, vt ita ſeſe gerant in graues principes ſubditi, ſicuti periuros ſubditos à Principe tractari par eſt. Hæc ipſa imago ad minorum memoriam impreſſa fuit in ære Corinthiaco miſto numiſmate vnciali, quod in parte poſteriore hanc habet inſcriptionem; TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII. ex qua patet id numiſma anno vigeſimo quarto factum fuiſſe, ex quo Tiberius Tribunitiam dignitatem adeptus eſt. Et quamuis nummus hic penes multos adhuc extet, huius tamen, ex quodam, cum ab omni temporis iniuria quàm integerrimo, tum imprimis antiquo, à Reuerendiſſimo Patriarcha Grimano mihi conceſſo exemplar deſumpſi. Ad cuius quidem ſimilitudinem duos idem poſſidet Achates, miro artificio ſculptos, inter cætera, quę apud illum conſeruantur antiquitatis monumenta.






## IVSTITIÆ IMAGO PRIMVM NVMISMA.

IMPRESSÆ etiam fuerunt aliæ monetæ vnciales cum Iuſtitię Deæ imagine, eo modo quo antiqui pingere ſolebant, ſcilicet forma ac ſilo virginali, cùm eam æquè omnibus patuiſſe foret declarandum, iis adiuuandis qui eius indigerent auxilio: quippe quæ multorum filios educauerit, multáſque virgines dederit in matrimoniũ. Vocata fuit idcirco etiam mater patriæ, atque ex Senatus conſulto triumphalis arcus illi decretus, qui honor nulli antea mulieri fuerat conceſſus: quanquam cùm eius gloriæ inuideret Tiberius, vt autor eſt Dion, impedimento fuit ne ædificaretur, cùm diceret ſe ſuis ſumptibus eum eſſe extructurum: atque cùm apertè rem nollet oppugnare quominus perficeretur, hoc reperit procraſtinationis genus cùm neque ipſe concederet, neque alios eum fineret extruere.

## CARPENTVM II. NVMISMA.

Ex Senatus conſulto præterea, Populique Rom. decreto conceſſum fuit eidem Liuiæ vt dignitatis ergò vteretur Carpento, quod vehiculi genus erat ita Romæ nuncupatum. Cùm de hac pertractaturus ſim in hoc loco, mihi primum explicandum videtur, quo pacto Liuia Iuliæ nomen accepit, quia per Auguſti teſtamentum ſcilicet in Iuliorum familiam pertranſiſſet, cùm hac ipſa de cauſa Auguſtæ etiam accepiſſet cognomentum, vti meminit Suet. in Auguſto, ſic ſcribens, Tiberium ex parte dimidia & ſextante, & Liuiam ex parte tertia, quos & ferre nomen ſuum iuſſit. Et Tacitus libro hiſtoriæ Auguſtæ primo planius explicat: Auguſti teſtamentum illatum per Virgines Veſtæ Tiberium, & Liuiam hæredes habuit: Liuia in familiam Iuliam, noménque Auguſtæ adſumebatur. Scribit tamen idem Suet. in Claudio, eam id nomen recuſaſſe, cùm ita inquit: Et cognomen Auguſtæ ab auia recuſatum. Poteſt illud quidem contingere, quod ſcribitur à Suet. quòd ea ſcilicet Auguſtæ nomen recuſauerit, ſed viuo adhuc Auguſto: nam hoc nomine appellata eſt, ſicuti teſtantur hiſtoriæ, numiſmata, aliáque antiqua monumenta. Poſt mortem igitur Auguſti Iulia Auguſta nominata fuit, cui, vti dictum eſt, Senatus Populúsque Rom. decreto, vt hoc vehiculi genere vteretur, conceſſum eſt: qua dignitate ſuas mulieres Romani decorare conſueuerunt. Hoc primum Carpentum vocatum fuit ex Carmenta Euandri matre, vti libro primo Faſtorum ait Ouidius,

Nam prius Auſonias matres Carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Liuius Carpentum Romanis mulieribus tum primum conceſſum fuiſſe tradit, cùm auro, quod Apollini mitteretur ad perſoluendum Camilli votum, deficiente, omnes ſua monilia in publicum contulerunt. Poſtea verò cùm eo à Senatu vti prohiberentur, vt in Problematibus ſcribit Plut. conſtituerunt omnes fœtus in virorum perniciem ad maturitatem minime perducere: atque in ea ſententia perſtiterunt donec eis rurſus ex Senatuſconſulto eo vehiculo vti permittitur. Cùm denuo Carpento poſtea fuiſſent priuatæ nulli amplius, niſi maximi honoris gratia, ſupremæque dignitatis mulieribus conceſſum eſt eodem pacto, quo & Pilenta niſi caſtis matronis permittebantur. Hoc igitur vehiculi honore Liuia decoratur, vt Dion teſtatur libro quinquageſimo octauo, cum ita ſcribat, Eandémque
„ dignitatem Meſſalinæ conceſſerunt, quam obtinuerat Liuia, vt veteretur
„ ſcilicet Carpento.
Pingebantur autem Carpenta colore cæruleo ſicuti veneto & poſtea roſato Pilenta. Carpenta enim à duobus mulis trahebantur, ſicuti ex hoc numiſmate intueri licet, ex Agrippinæ, Domicillæ Veſpaſiani filiæ, Iuliæ filiæ Titi, Fauſtinæ Marci Aurelij vxoris, atque ex aliis compluribus. Dictum eſt Carpentum, quaſi carrum Pompaticum, nam in Pompis eo vtebantur, vt placet Iſidoro. Pauſanias tamen ab equis Carpentum trahi conſueuiſſe, vt illud vehiculi genus, quod rheda nominabatur, à mulis, tradidit Eliacorum libro primo: quamobrem conſentaneum rationi videretur, vt hæc numiſmatum vehicula dicerentur rhedæ, non
„ autem Carpenta. Ita verò ſe habent eius verba: Ad Carpentum iungeban-
„ tur equæ doſſuariæ, è quibus extremo curriculo deſilientes ſeſſores pre-
„ henſis manu frenis ad metam curſitabant. qui mos ætate mea ſeruatur ab
„ ijs, qui Anabatæ appellantur. Inter rhedarum & Carpentorum aurigas tan-
„ tum intereſt, quòd his alia ſunt inſignia, & maſculos equos agitabant.
„ Rhedam trahebant muli iugales bini, inuento neque priſco, neque ele-
gunti. Non reperitur tamen hoc currus genus, nuncupatum Rhoda, honoris gratia vlli fœminæ conceſſum, neque ego ſanè currum ita compactum vnquam videre potui, qui à binis equis traheretur: ſed qui à mulis, complures, ſicuti in ſuperius commemoratis numiſmatibus. Verum cùm perſimiles eſſent propè Carpentum, ac rheda, idcirco accidiſſe crediderim vt illud vehiculum, cui muli adiungerentur diceretur Carpentum: quandoquidem priſcam conſuetudinem intelligit Pauſanias, ſicuti ipſe paulò ſuperius enucleauit, his verbis; Cùmque in curriculum recepiſſet Olympiade ſeptuageſima rhedam, Carpentum verò ea, quæ conſecuta eſt





eſt quarta, & octuageſima: vtrunque vehiculum in poſterum omne tempus excluſum eſt. Videntur enim potius ætate poſtera muli carpentis, at rhedis equi additi fuiſſe, quando apud Suet. Cæſar reperitur hoc vehiculorum genere centum millia paſſuum, cùm iter haberet, ſingulis diebus confeciſſe, quod ſpatium à mulis, meo quidem iudicio, confici minimè poterat: cùm non ita aptum curſibus hoc animal, ſicuti equus, eſſe videatur. Ita verò ſe habent Suetonij verba; Longiſſimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda centena paſſuum millia in ſingulos dies. Atque quoniam rationi conuenit, vt cùm Cæſar ita breui tantum itineris ſpatium abſoluiſſet, equis, qui rhedam traherent, vteretur, non autem mulis, hoc vehiculum his rationibus commoti carpentum appellare poſſumus, qua in re tamen cuiuſvis doctioris ſequar iudicium. Pars poſterior huius numiſmatis, quod vnciale eſt, habet in ſpatio; S. C. atque hanc circum inſcriptionem. TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. Idque mihi ab illuſtriſſimo, excellentiſſimóque Franciſco Medices Florentinæ iuuentutis Principe conceſſum eſt, quanquam honeſtiſſimus Patriarcha Grimanus duo habet pulcherrima præter alia.

Cùm ægrotaret Liuia Fortunæ Equeſtri vota fecit Equeſter ordo pro eius ſalute: atque cùm Senatus conueniſſet vt quo in templo donum deponeretur, decernerent; & quamquam complura erant huiuſce Deæ in vrbe templa, nullum tamen fuit huic nomini conſecratū. Cùm verò in Antij ciuitate huiuſce nominis repertum fuiſſet, ibi donarium depoſuerūt, vti ſcripſit Tacitus libro tertio. Enimuerò cùm ad octogeſimum & ſecundum ætatis ſuæ annū perueniſſet vini Pucini beneficio, vt ait Plinius libro decimoquarto, Rubellio Gemino, Fuſióque Gemino Coſſ. vti Tacitus teſtatur in principio libri quinti, mortua eſt: cùm neque ad videndam quidem eam iuiſſet Tiberius dum ægrotaret, neque poſt mortuæ ſanè illius affuiſſet exequijs, neque pati voluiſſet vt publicè immortalitati donaretur, ſicut ſcripſit Diō & Suet. neque quicquam denique in illius honorem fieri paſſus eſt minus viſitatum. Sed tātum publicas exequias, & ſtatuas illi conceſſit, reſque alias nullius propè ponderis exiſtimatas; in quibus exequijs, pro Roſtris ex Romana conſuetudine à Caio Caligula fuit laudata. Senatus tamen præter id, quod edixit vt per annum matronæ funeſtas veſtes geſtarent, decreuit etiam vt ſequentes ſtatuæ, atque numiſmata cum Dearum effigijs in illius honorem conficerentur. Depoſita fuit in Diui Auguſti Mauſoleo cū Tiberium, Caium, & Ser. Galbam ſuos hæredes inſtituiſſet.

# LIVIA AVGVSTA.

## PAVO NVMISMA. III.

PAVCIS hinc interpoſitis diebus incidi in quoddam numiſma cum Liuiæ nomine, in quo illius erat imago, quæ ſtolam geſtabat; quod ſignum erat inter deas relatarum (vt dudum in pluribus numiſmatibus obſeruauimus) cum his litteris. DIVA LIVIA DIVI AVGV. In parte aduerſa Pauonis forma caudam in circulum extendentis conſpiciebatur, cum his litteris circum: CONSECRATIO. huius nummi pars quæ effigiem ſtolatam continet, in ipſius Liuiæ imaginum tabella tertio loco eſt, altera vero quæ pauonē, tertio item loco eſt eā tabellā, cui ipſius imaginum aduerſæ partes ſunt inſculptæ. Hoc eſt æreū vnciale, atque, quod ad ſculpturā ſpectat, formámque, & metalli colorem, id minime priſcis illis tēporibus impreſſum fuiſſe exiſtimandum eſt, ſed ab aliquo nouiſſimo Imperatore, circiter Seueri Alexandri, Gordianíque, vel Philippi ſeculum: Hoc mihi conceſſit Georgius Canler vir antiquitatum ſtudioſiſſimus, qui Rector fuerat ſtudentis iuuētutis in Patauio. Cùm mulieris alicuius Auguſtæ cōſecrationē, relationémve inter Deas declaraturi eſſent antiqui, Pauonē inſculpebant, quoniam hæc auis Iunoni eſt ſacra, quam Iouis vxorem fuiſſe affirmant: atque cùm ipſi Ioui, qui rex eſt cœli Aquila inſigne data fuiſſet, Iunoni Pauonem vt omnium auium pulcherrimam, atque poſt Aquilam nobiliſſimam conſecrarunt. Ad eorum igitur Deorum ſimilitudinem Imperatores tanquam terræ domini, ac Monarchæ Iouis inſigne ſumpſerunt (quamquam vel antea Romanorum Aquila fuit ſignum) ſuiſque coniugibus Iunonis inſigne conceſſerunt, cùm his rebus vellent oſtentare, quòd Ioui pares eſſent Imperio, ac Iunoni. Effectum eſt inde, vt cùm Imperatorem cum Ioue vellet conferre poëta, ita de Auguſto cecinerit;

> Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane.
> Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.

Atque in alijs numiſmatibus compluribus Pauo idem ſignificare conſpicitur. Conſecratio verò à Senatu Populóque Romano fieri conſueuerat, & à ſacerdotibus multis cum ceremonijs ac pompa poſt Imperatoris mortē ſiue Auguſtæ mulieris, vt tradit Dion, & Herodianus, minime antequam obiret, ſicuti aperte declarauit Tacitus ſub finē libri decimi quinti, ita inquiens.
» Nam Deûm honor principi non ante habetur, quàm agere inter
» homines deſierit. Quamobrem ego nonnullorum imperitiam valde miror, qui fœminas appellant Diuas, etiam eas, quæ ſua virtute diuinitatem vel merentur, atque Diuos vocant Imperatores etiam dum ſunt in vita.



# LIVIA AVGVSTA.

## CERERIS SIMVLACRVM NVMISMA. IIII.

QVAMVIS Tiberius, ſicuti dictum eſt, propterea quòd matris honori, gloriæque inuideret, prohibuiſſet, ne publicè ea immortalitati conſecraretur: tamen cùm relata fuiſſet in Deorum numerum, complures ſtatuæ illi dicatæ fuerunt: atque inter reliquas vna Cereris Deæ nomine, quæ dextera duas frumenti ſpicas tenebat, plantámque papaueris. Spicæ Cereri attribuebantur, quoniam eam tritici inuentricem fuiſſe affirmant, papauer autē fertilitatem, ſeminúmq; copiam ſignificare manifeſtum eſt. nam quia cæteris omnibus plantis hæc copioſiorem granorum numerum continet, maximum prouentum frugum ex terra ſignificat; ſi-quidem volebant antiqui vt Ceres terra myſticè intelligeretur, cui facem etiam tribuebant, de quibus omnibus ſuo loco poſtea à nobis explicabitur. Fuit hæc ſtatua inter reliquas ſuperius dictas Liuiæ conceſſas in numinis ſpeciem, Tiberio eius filio imperante, ſiue ea, quam Claudius Imperator in Diui Auguſti templo poſuit: de qua mentionem fecit Dion libro quinquageſimo octauo, atque in ſemunciali numiſmate æris Corinthiaci mixti ſculpta eſt, cum ipſius Auguſti effigie in altera parte, cumque inſcriptione huiuſmodi: DIVVS AVGVSTVS cui diuinos honores inſtituerunt; ait enim. Et Diui Auguſti imaginem auream in templo Martis in lectica depoſuerunt, omnéſque illas ceremonias, quæ poſtea in eius ſtatuæ honorem fieri debebant. Hoc numiſma penes multos inuenitur.

## STATVA NVMISMA. V.

ATQVE hæc vna eſt ex ſuperius nominatis ſtatuis in Diuæ Liuiæ honorem ſtatutis, quæ dextera habet pateram, læua autem haſtam. Hoc numiſma habet ex altera parte Diui Auguſti caput, cum his litteris circum; DIVVS AVGVSTVS PATER, eſtque æreum exiguæ formæ, id eſt ſemuncialis.

## STATVA NVMISMA. VI.

ÆREA hæc moneta, ſemuncialis, quæ nihil aliud, quàm vnam dictarum Liuiæ ſtatuarum ſignificat, ab ipſius filio impreſſa fuit: quandoquidem in altera parte Tiberij ſculpta effigies conſpicitur cum huiuſmodi

ſcripto; TI. CÆSAR DIVI F. AVGVST. IMP. anno decimo ſeptimo poſt adeptam Tribunitiam dignitatem ſtata, ſicuti litteræ circùm teſtantur, PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII.

## TEMPLVM NVMISMA VII.

CONSVEVERVNT Romani pluribus in locis in Auguſtorum Auguſtarúmque mulierum honorem templa Cæſarum temporibus extruere. Quòd autem hoc vnum ex iis ſit, quæ Liuiæ ſunt erecta, vel à Liuia Auguſto fuerunt ædificata, vel ex inſcriptione ipſum ſe patefacit; ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. quod etiam ex iis, quæ à Tacito ſcribuntur, poteſt comprehendi:
,, Cùm ſe templis, & effigie numinum colli vellet. Erat
,, ſcilicum hoc numiſma hoc eſt perexiguum, quod ex altera parte Auguſti vultum habebat impreſſum, cum literis huiuſmodi; DIVVS AVGVSTVS.

## SALVTIS DEÆ IMAGO
### NVMISMA VIII.

C. Cæſar Caligula Imperator, vt maiori haberetur reuerentiæ, æream monetam vncialem in Liuiæ eius proauiæ memoriam faciendam curauit ad illius imaginis, quæ ſupra conſpicitur, Deæ Salutis exemplum, cum præſenti Liuiæ ſub Deæ Salutis effigie, atque eius exemplari ex altera parte; ſiue quia ipſam ſtatuam reſtaurauerit, ſiue quòd aliquam illi ſimilem denuò fecerit, ſiue aliqua alia de cauſa nobis obſcura.

## CVRRVS ELEPHANTORVM
### NVMISMA IX.

CONTINVO autem atque Claudius ſortitus eſt Imperium, res illi digna ſanè viſa eſt, vt Liuiam auiam ſuam publicè immortalitate donaret, honoraretque eam Equeſtribus certaminibus, eiúſque ſtatuam in D. Auguſti templo erigeret. Quin etiam Veſtalibus Virginibus iuſſit, vt ei ſacrificarent, iurarentque per illius nomen, vt aſſerit Dion libro quinquageſimo octauo; ſimúlque inſtituit, vt eiuſdem Liuiæ ſtatua ſuper curru à quatuor elephantis tracto in Ludorum Circenſium pompa duceretur; qui quotannis in Circo Maximo in Deæ Cereris, Matris Deûm, ac Neptuni honorem celebrabantur, qui ludi, Circenſes à loco dicebantur, vbi fiebant: ſiue, vt Iſidoro placuit, ab enſibus, circa quos currebant equi, quaſi cir-



,, cum enſes. Ita ſcripſit Suet in Claudio; Auiæ Liuiæ diuinos honores, &
,, Circenſi pompa currum elephantorum decernendum curauit. Appoſui hoc loco vehiculum, non idcirco quidem quòd hoc numiſma, quod argenteum eſt, Liuiæ gratia fuerit conflatum, verum vt modum, formámque patefacerem; cùm hæc moneta in Agrippinæ honorem à Claudio eius marito fuerit impreſſa.

## BINÆ STATVÆ, ALTERA D. AVGVSTI, ALTERA DIVÆ LIVIÆ,
### NVMISMA X.

PLACVIT item Neroni Iuliorum familiæ vltimo, Auguſtum, Liuiámque auiam ſuam honoribus proſequi, cùm illis tanquam Deis ſtatuas erexerit, eorúmque exempla in hoc argenteo numiſmate impreſſerit cum pateris in manibus, quæ numinis ſunt argumentum, quoniam ex his libabatur, antiquoſúmq; Dei ſæpius his ſignificabantur. De ſtatua Auguſti hoc ſciendum eſt, quòd quicunque ſerui ad eam confugiſſent, à dominorum ſæuitia tuti erant tanquam ad Aſylum confugiſſent, locúmve aliquem tutiſſimum: ſicuti de Agrippina Germanici coniuge, quam Tiberius infeſtabatur, legitur. Hæc enim vt Populum ad ſui miſericordiam incitaret, ſe ad eam confugere velle dicebat, vt ſcripſit Suetonius. Aſſerit etiam
,, Dion eam à Claudio Imperatore obtectam fuiſſe, ne tot cædes, quæ fie-
,, rent in eo loco, conſpiceret. De ſtatuæ Auguſti dignitate ita ſcripſit Suet.
,, in Tiberio. Paulatim genus calumniæ eò proceſſit, vt hæc quoque capitalia eſſent, Circa Auguſti ſimulachrum ſeruum cæcidiſſe, veſtem mutaſſe, nummo, vel anulo effigiem impreſſam latrinæ, aut lupanari intuliſſe, dictum vllum, factúmve eius exiſtimatione aliqua læſiſſe.

ſcripto; TI. CÆSAR DIVI F. AVGVST. IMP. anno decimo ſeptimo poſt adeptam Tribunitiam dignitatem flata, ſicuti litteræ circùm teſtantur, PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII.

## TEMPLVM NVMISMA VII.

CONSVEVERVNT Romani pluribus in locis in Auguſtorum Auguſtarûmque mulierum honorem templa Cæſarum temporibus extruere. Quòd autem hoc vnum ex iis ſit, quæ Liuiæ ſunt erecta, vel à Liuia Auguſto fuerunt ædificata, vel ex inſcriptione ipſum ſe patefacit; ÆTERNITATIS AVGVSTÆ. quod etiam ex iis, quæ à Tacito ſcribuntur, poteſt comprehendi; Cùm ſe templis, & effigie numinum colli vellet. Erat ſcilicet hoc numiſma hoc eſt perexiguum, quod ex altera parte Auguſti vultum habebat impreſſum, cum literis huiuſmodi; DIVVS AVGVSTVS.

## SALVTIS DEÆ IMAGO NVMISMA VIII.

C. Cæſar Caligula Imperator, vt maiori haberetur reuerentiæ, æream monetam vncialem in Liuiæ eius proauiæ memoriam faciendam curauit ad illius imaginis, quæ ſupra conſpicitur, Deæ Salutis exemplum, cum præſenti Liuiæ ſub Deæ Salutis effigie, atque eius exemplari ex altera parte; ſiue quia ipſam ſtatuam reſtaurauerit, ſiue quòd aliquam illi ſimilem denuò fecerit, ſiue aliqua alia de cauſa nobis obſcura.

## CVRRVS ELEPHANTORVM NVMISMA IX.

CONTINVO autem atque Claudius ſortitus eſt Imperium, res illi digna ſanè viſa eſt, vt Liuiam auiam ſuam publicè immortalitate donaret, honoraretque eam Equeſtribus certaminibus, eiúſque ſtatuam in D. Auguſti templo erigeret. Quin etiam Veſtalibus Virginibus iuſſit, vt ei ſacrificarent, iuraréntque per illius nomen, vt aſſerit Dion libro quinquageſimo octauo; ſimúlque inſtituit, vt eiuſdem Liuiæ ſtatua ſuper curru à quatuor elephantis tracto in Ludorum Circenſium pompa duceretur; qui quotannis in Circo Maximo in Deæ Cereris, Matris Deûm, ac Neptuni honorem celebrabantur, qui ludi, Circenſes à loco dicebantur, vbi fiebant: ſiue, vt Iſidoro placuit, ab enſibus, circa quos currebant equi, quaſi circum enſes. Ita ſcripſit Suet. in Claudio; Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circenſi pompa currum elephantorum decernendum curauit. Appoſui hoc loco vehiculum, non idcirco quidem quòd hoc numiſma, quod argenteum eſt, Liuiæ gratia fuerit conflatum, verum vt modum, formámque patefacerem; cùm hæc moneta in Agrippinæ honorem à Claudio eius marito fuerit impreſſa.



## BINÆ STATVÆ, ALTERA D. AVGVSTI, ALTERA DIVÆ LIVIÆ, NVMISMA X.

PLACVIT item Neroni Iuliorum familiæ vltimo, Auguſtum, Liuiámque auiam ſuam honoribus proſequi, cùm illis tanquam Deis ſtatuas erexerit, earúmque exempla in hoc argenteo numiſmate impreſſerit cum pateris in manibus, quæ numinis ſunt argumentum, quoniam ex his libabatur, antiquorúmq; Dei ſæpius his ſignificabantur. De ſtatua Auguſti hoc ſciendum eſt, quòd quicunque ſerui ad eam confugiſſent, à dominorum ſæuitia tuti erant tanquam ad Aſylum confugiſſent, locúmve aliquem tutiſſimum; ſicuti de Agrippina Germanici coniuge, quam Tiberius infeſtabatur, legitur. Hæc enim vt Populum ad ſui miſericordiam incitaret, ſe ad eam confugere velle dicebat, vt ſcripſit Suetonius. Aſſerit etiam Dion eam à Claudio Imperatore obſeptam fuiſſe, ne tot cædes, quæ fierent in eo loco, conſpiceret. De ſtatuæ Auguſti dignitate ita ſcripſit Suet. in Tiberio. Paulatim genus calumniæ eò proceſſit, vt hæc quoque capitalia eſſent, Circa Auguſti ſimulachrum ſeruum cecidiſſe, veſtem mutaſſe, nummo, vel anulo effigiem impreſſam latrinæ, aut lupanari intuliſſe, dictum vllum, factúmve eius exiſtimatione aliqua læſiſſe.



168






NATA eſt Antonia, cognomento maior, quoniam primogenita eſſet, ex Marco Antonio III. viro R. P. C. atque ex Octauia prima Auguſti ſorore. Lucio nupſit Domitio Ænobarbo, cui duas filias peperit, Lepidam ſcilicet, & Domitiam, Cn. cúmque Domitium Neronis Imperatoris patrem, cuius effigies à filio poſtea Imperatore Auguſto creditur in moneta excuſa fuiſſe, ſicuti conſpicitur apud Stephanum Magnum patritium Venetum in quadam argentea, ac penes etiam alios.



Lepidæ Ser. Galba fuit maritus, qui principatum deinde obtinuit. Domitia Paſſieno Criſpo, qui bis Conſulatum geſſerat, in matrimonium conceſſa, Neronis iuſſu hauſto poculo, interiit: de qua Tacitus ſcripſit libro duodecimo, & tertio decimo, Plutarchus in vita Antonij, Appianus libro quinto Bellorum ciuilium, Plinius libro decimo ſexto, Dionque, ac Suetonius.

*Superius poſui numiſma pro Neronis patris imagine, dixique, eam ab eodem Nerone Imp. excuſam fuiſſe; attamen cognito errore meo, iterum ſub prælum mandare papiram volui. fuit hic igitur Domitius Neronis proauus, quem poſt Cæſarianam necem lege Pedia damnatum, vt eiuſdem conſcium (quanquam inſontem) ad Caſſium Brutúmque propinqua cognatione coniunctos ſe contuliſſe aiunt: poſt quorum interitum claſſem olim ſibi commiſſam retinuit: auxit etiam, vt Tranquilli verbis vtar, nec niſi partibus vbique profligatis M. Antonio ſponte & ingentis meriti loco tradidit, monetámque argenteam tunc ipſe cudere fecit, cùm hoc nauali tropheo. Solus omnium ex his, qui pars lege damnati fuerant, reſtitutus in patriam, ampliſſimos honores percucurrit: ac ſubinde redeunt grata diſſenſione ciuili eidem Antonio legatus delatam ſibi ſummam Imperij ab his, quos Cleopatræ pudebat, neque ſuſcipere, neque recuſare ſilenter propter ſubitam valetudinem, auſus, tranſiit ad Auguſtum: & diebus paucis obijt. vide in Neronis vita, atque Plutarchum in Antonio, & App. Bellorum ciuil. lib. v.*






# ANTONIA CLAVDII IMPERATORIS MATER AVGVSTA.

Illuſtres fuerunt Antonij apud Romanos ob nobilitatem antiquitatémque ſuam, quippe qui ab Herculis filio Antone originem traxerunt, ex cuius nomine ita eorum familia nuncupabatur, vti literarum monumentis tradidit Appianus libro Bellorum ciuilium tertio, & Alex. ab Alex. libro primo Genialium dierum. Marcus Antonius Triumuir Reip. conſtituendæ dux inſignis, facundúſque orator, qui que domi, & foris honores, magiſtratúſque obtinuerat ob Cæſaris amicitiam, ex multis vxoribus, quas habuit, duas filias tantum ſuſcepit ex Octauia ſorore Auguſti, quæ ambæ Antoniæ nominatæ ſunt, hæc Maior ob ætatem, illa Minor. Maior Lucio Domitio Ænobarbo nupſit, minor Neroni Claudio Druſo, cognomine Germanico, Liuiæ Druſillæ Auguſtæ filio, cui peperit duos mares, vnámque fœminam, Germanicum ſcilicet Cæſarem, ac Tiberium Claudium, qui poſtea occiſo Caligula principatum ſortitus eſt, tum Liuiam Druſillam, quæ Liuilla dicitur. Mortuus dum inſignis victoriæ Vrbi opima Germanorum ſpolia referre cupiebat, in itinere priuſquam Romam rediret latere concuſſo, cùm Equus ſuper eum cecidiſſet, vt ait Liuius, extinctus eſt, quamuis morbo cõcidiſſe aſſerit Suet. At nonnulli veneno arbitrantur. Senatuſconſulto Arcus triumphalis marmoreus cum trophæis in via Appia ei extructus eſt, ſicuti teſtatur Suet. in Claudio, in cuius memoriam etiam conflatæ fuerunt quædam vncialia numiſmata ex ære Corinthiaco mixto, quorum notæ in altera parte erat effigies Claudij Imperatoris, in altera verò arcus cum ſtatua Equeſtri, & trophæis, à Druſo quæſitis, taliſque inſcriptione: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN. IMP. cuius hoc exemplum eſt.



Alia etiam ærea eadem ſpecie vncialia conflata ſunt, in quorum poſteriore parte conſpicitur ſtatua triumphalis ſuper ſpoliis Germanorum inſidens, lauŕumque dextra tenens, cùm nomine Tiberij Claudij Imperatoris eius filij inſcripto (nam ipſe, vt conflarentur numiſmata, edixerat) in hoc titulo TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. id eſt; Tiberius Claudius Cæſar Auguſtus Pontifex maximus Tribunitia poteſtate Imperator pater patriæ. Ex altera parte Druſi imago cernitur cum hac inſcriptione: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. huic notæ ſunt videlicet perſimiles.





Nummi quoque argentei eandem ſignificātes victoriam inſculpti fuerunt; alter cum trophæis in aduerſa parte, alter cum captiuis & Equeſtri ſtatua ſuper arcu, talique ſcripto: DE GERMANI. ſiue: DE GERM. in anteriore Druſi imaginem habebant cum inſcriptione: NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. nobis placuit horum etiam exempla delineare, vt huius rei ſtudioſi certiores fiant.




Tantam verò formidinem Septentrionalibus nationibus Druſus reliquit, vt his etiā temporibus illius nomen horrendum videatur; nam cùm & noſtra ætate inter Germanos & Belgicos aliquis grauiſſimum quid-



piam imprecatur, tanquam eius ſpiritus horribilis ſit quiſpiam, ac malus dæmon, illorum idiomate hunc ſenſum exprimunt: In te Druſus incidat. Sunt enim earum calamitatum memores, quas ab eo pertulerunt, atque ob hanc cauſam in ciuitate Magnutia in altera portarum, quæ flumen Rhenum ſpectat, exigua quædam illius cuprea imago adhuc conſpicitur cubiti longitudine.

GERMANICI EFFIGIES   PARS ADVERSA.





Germanicus Cæſar eius filius cùm maximam Romani exercitus ſeditionem in Germania ſedaſſet, qui & in inferioris Germaniæ præſidiis erat collocatus feliciſſiméque pugnaſſet, Imperante Tiberio, meritò triumphauit, ſicuti hoc numiſma ſemunciale ex ære Corinthiaco miſto in illius gloriam à Tiberio Cæſare Auguſto formatum declarat, in altera parte habens currum triumphalem, ſuper quo Germanicus triumphauerat, cum tali ſuperſcriptione: GERMANICVS CÆSAR: In altera verò ſtatuam eiuſdem loricatam cum paludamento, quæ ſiniſtra ſcipionem geſtabat, in cuius ſuperiori parte inſidet Aquila, virga enim eſt & magiſtratuum inſigne, cum ſimili ſcripto: SIGNIS RECEP. DEVICTIS GERM.




Proditvm eſt qua fortuna Quintilius Varus Legatus Germaniæ pugnauerit contra Germanos, cùm ſub Auguſti Imperio legiones omnes ſignáque amiſerit, ac ſimul ipſe ſit interfectus. Germanicus Cæſar, cùm mitteretur cum nouo exercitu in Germanos, ſæpe cum iis pugnans, & victor exiſtens, ſigna, quæ Varus amiſerat (alteram legionis vndevicesimæ aquilam apud Bructeros fuſos, alteram apud Marſos) vti in primo ac ſecundo Tacitus hiſtoriæ Auguſtæ libro teſtatur. cuius triumphi ob inuidiam, Liuia eius auia ita procurante, in Syria Cnei Piſonis opera eius prouinciæ præfecti obiit cum non mediocri omnium dolore & cum magno Populi Romani luctu. Claudius, alter ex duobus filijs Imperium ſortitus eſt, cuius vita à Tranquillo præcipuè ſcribitur, ab Eutropio, Oroſio, Tacito, Dione: partim à Liuio, Floro, & Ioſepho. Verùm hæc ea ſunt, quæ ad Antoniæ originem, coniunctionem, genúſque ſpectant. Quod verò attinet ad mores, non minus ea laudis, & gloriæ meruit apud poſteros in iis omnibus, quæ mulierum ſunt officia, quàm vel Marcus Antonius, vel Druſus, vel Germanicus. Siquidem ob temperantiam, caſtitatem, fidem, amorémque ſingularem in virum ſuum, ob charitatem in nepotes, ob humanitatem in amicos, dignior erat quæ Maioris, quàm Minoris cognomine diceretur: cùm omnes ſuæ familiæ inſignes virtute longè ſuperauerit. Ita verò fuit continens, vt inter cætera huiuſce virtutis argumenta, fama ſit eam abſtemiam fuiſſe. Illud ſanè perrarum eſt naturæ munus, quod de ea ſcripſit Plinius libro ſeptimo, quòd nunquam per totum vitæ ſuæ curriculum ſpuit; quam rem teſtatur Solinus etiam. Mortuo marito, ea fuit in illum fide ac reuerentia, vt quamuis & optima eſſet ætate, & maximè vigeret tum iuuentute, tum etiam forma, nulli amplius nupſerit, vel Auguſto nubere iubente. Verùm pro nuptiali ſocietate cum ſua ſocru Liuia dormire conſueuit, eodémque lecto fruens vidua conſenuit, ſuper quo Druſus iuuenis interierat, ſicuti teſtatur Valerius Maximus libro quarto. de qua etiam meminit Ioſephus libro decimo octauo. Neque parum ſanè Tiberio Imperatori hæc profuit, quoniam huius prudentia ſalutis cauſa illi extitit. nam cum Seiani prætorianorum cohortium præfecti conſpirationem, quæ in Tiberium parabatur, intellexiſſet, eum per litteras de re fecit certiorem, quas Pallanti liberto Capream dederat. Inde effectum eſt, vt ſummæ reuerentiæ ſemper fuerit apud Cæſarem, iſque illi libentiſſimè in omnibus obtemperauerit, cùm ea ita volente vel Liuillæ filiæ ſuæ pepercerit, per quam id ſcelus perficiebatur; quamuis hac ipſa cauſa adductus eam inedia poſtea abſumpſerit, vti ſcripſit libro quinquageſimo ſeptimo, & octauo Dion. Cùm gratia plurimum poſſet apud Tiberium Herodes



Agrippa, charúſque eſſet Antoniæ ob amicitiæ memoriam, quæ inter eam, matrémque eius Beronicem interceſſerat; accuſatus fuit à quodam ſuo liberto, atque cùm innocentiam ſuam cognoſci maxime cuperet, non prius habita eſt quæſtio de liberto, aut res tranſacta, vel multis ob id Tiberio inſtantibus, quàm Antonia id poſtulauerit, vt ſcripſit Ioſephus libro Antiquitatum decimo octauo. Poſt mortuos Germanicum eius filium nurúmque Agrippinam, & Liuiam Auguſtam, multa cum humanitate apud ſe nepotem, neptéſque educauit, Caium Caligulam ſcilicet, Druſillam, Agrippinã, & Liuillam, cùm reliqui dudum eſſent mortui. Pręter cętera verò illius prudentiæ argumenta extat hoc etiam, quòd eodem die, quo rerum potitus eſt Caius, cùm Agrippam eſſet ex carcere abſoluturus, in quem à Tiberio coniectus fuerat, quòd ſe optare dixerat vt citò moreretur Tiberius, Caiúſque principatum obtineret, ei obſtitit Antonia; neque ob id ſanè, quòd Agrippam odio proſequeretur, ſed honoris cauſa ipſius Caij, ne crederetur vulgò ita iucundam ipſi Tiberij mortem accidiſſe, vt continuò eum ex carcere præ lætitia emiſiſſet, ſicuti narrat Ioſephus. Quod verò ad illius humanitatem ſpectat, pręter id quod vel ipſa natura ad beneficia conferenda in omnes maximè erat procliuis, cùm multum æs alienum Agrippa aliquando contraxiſſet, atque idcirco eius honor, fortunæque magno in diſcrimine verſarentur, hęc illi conceſſit, vt idē teſtatur libro decimo octauo, trecenta nummorum millia, quæ ſi ad noſtram pecuniam referantur, triginta erunt millia coronatorum. Quamobrem cauſa illa extitit, quòd vel eò perueheretur, vt Rex etiam fuerit creatus. Per eas ceremonias, quę Germanici filij mortui cauſa fiebant, incertum eſt, an quia non ſatis valeret, domi ſe continuerit, an quia à Tiberio, Liuiáque eius ſocru fuerit retenta, ne maiorem dolorem ex Germanici obitu ipſa percipere videretur: neque vlla præterea dignitas conſolationis gratia illi, ſicuti cæteris affinibus, conceſſa fuit, cuius rei mentionem fecit Tacitus. Magno in honore etiam habita fuit à Caio eius nepote in principio illius Imperij, cùm ei ex Senatus conſulto omnes honores, ac tituli conceſſi fuiſſent, qui varijs temporibus Liuiæ Auguſtæ, vt in ipſo Caio teſtatur Suet. Verùm hic ita inhumanus poſtea in illam apparuit, vt vel ad mortem compulerit, quia neſcio cuius ſceleris eum reprehendiſſet, vt aſſerit Dion libro quinquageſimo octauo. Memoriæ prodidit Suet. in Caij vita illum huius mortis cauſam extitiſſe, quia cùm ea ſecretò eſſet cum Aufidio Lingone collocutura, qui vir Romæ magiſtratus obtinuerat, ille prohibuit, niſi audiente Macrone Prætorianorum cohortium præfecto colloqueretur; quam rem mox ægrè tulit, quòd malè tractari ſe ab eo arbitraretur. Nec defuerunt

tamen, qui eam veneno ab eodem Caio ſublatam fuiſſe autumant. Hæc mortua nullum honorem eſt ab eodem conſecuta: atque proſpexit è triclinio ardentem rogum. Plinius libri noni Nat. hiſt. cap. 55. Antoniam Druſi, murenæ, quam diligebat, inaures addidiſſe tradidit, cuius propter formam nõnulli Baulos videre cõcupiuerunt. Narrat Tranquillus in Claudio, quòd cum aliquando de Claudio loqueretur, eum portentum hominis dictitabat, nec abſolutum à Natura, ſed tantum inchoatum quæ etiam ſi quem ſocordiæ argueret, ſtultiorem aiebat filio ſuo Claudio. Verum eo Principe iis reiectis, quæ à Caio eius nepote perperam acta fuerant, Auguſtæ cognomen illi tradidit, ſtatuitque vt publicè eius exequiæ peragerentur atque carpentum in eius honorem circenſibus traheretur. Hoc ſcripſit Suet. in Claudio, Dionque libro quinquageſimo octauo, itaque erectum illi templum, vti teſtatur Plinius libro trigeſſimo quinto.

## EFFIGIES ANTONIÆ AD FORMAM CERERIS.

Præter ea verò, quæ dicta ſunt, Antoniæ Auguſtæ imago iuxta conſuetudinem, vt de Liuia Auguſta ſuperius dictum eſt, expreſſa fuit in Deæ Cereris ſimulachrum, quod ſpicis coronabatur, quæ corona proprium fuit ipſius Deæ ornamentum, vti habemus apud Ouidium libro quarto Faſtorum.

Impoſitique ſuæ ſpicea ſerta comæ.

Atque diebus Cereri conſecratis in ludis Agonalibus, qui in ipſius Deæ honorem celebrabantur, hanc fuiſſe conſuetudinem teſtantur antiqui ſcriptores, vt victores ludorum corona ſpicis hordeóque compoſita decorarentur. Hæc imago, Claudio Imperatore ita iubente, in moneta m etiam relata fuit, ſicuti aureum quoddam numiſma teſtatur Achillis Maffæi Romani ciuis.

Antoniæ





## ANTONIÆ CLAVDIIQVE IMAGO, PRIMVM NVMISMA.

PERVENERVNT ad manus meas Venetiis duæ æreæ ſemiſſiales monetæ, altera cum Græcis literis, altera cum Latina inſcriptione, quæ Claudij habebant imaginem, Antoniæque illius matris: ex altera parte Claudij ipſius caput conſpicitur. Antoniæ effigies ad Romanarũ matronarum habitũ eſt induta, ſtolam enim habet, diademáq; in ceruice. Ita vero de ſtola inquit Diuus Iſidorus libro Etymologiarum vigeſimo: Stola matronale operimentum, quo cooperto capite & ſcapula à dextro latere in læuum humerum mittitur. Stola autem Græcè vocatur, quod ſupermittatur. Eadem & Ricinium Latino ſermone appellatum, eo quòd dimidia eius pars retro eiicitur, quod vulgò Mauortam dicunt: Vocatam autem dicunt Mauortam quaſi Martem. Signum enim maritalis dignitatis, & poteſtatis in eo eſt. Caput enim mulieris vir eſt, inde & ſuper capite mulieris eſt. Vocatur autem ſtola quia ſuperius ponitur. Hanc ſolis pudicis mulieribus geſtare concedebatur, vti Martialis teſtatur libro primo:

Quis Floralia veſtit
Et ſtolatum permittit meretricibus pudorem?

Et Valerius Max. ita ſcripſit libro ſecundo; Sed quo matronale decus verecundiæ munimento tutius eſſet in ius vocanti matronã corpus eius attingere non permiſerunt, vt inuiolata manus alienæ tactu ſtola relinqueretur. Hæc ipſa à capite ad pedes demittebatur, vti narrat Tibullus:

Impediat crines nec ſtola longa pedes.

De Diademate autem ſcripſit Iſidorus libro vigeſimo; Diadema, inquit, eſt ornamentum capitis matronarum ex auro, & gemmis contextum, quod in ſe circumactis extremitatibus retro aſtringitur, & exinde dictum Græcè quod præligetur.

## CONSTANTIÆ SIMVLACRVM, NVMISMA. II.

MAXIMA ſanè fuit Antoniæ Fortitudo, atque Conſtantia imperante Tiberio leuiro in morte filij præſertim; verùm multo fuit maior Caio eius nepote Principe, qui ſicuti ſuperius enucleauimus, eam vel ad interitum vſque inhumanè inſectatus eſt. Hac igitur ratione ex Senatus conſulto, Claudiique Principis mandato nobiliſſimæ huiuſce virtutis formam ſculptam



fuiſſe credimus (nam hæc ſola contra proteruam fortunam armata eſt) in poſteriore monetæ parte, quæ eſt aurea, & Antoniæ in Cereris formam habet imaginem impreſſam.

## CERERIS SIMVLACRVM, NVMISMA. III.

VERVM multiplicibus rationibus Ceres à maioribus exprimebatur: Aliquando caput erat ſpicea corona, papauerique coronatum, frumentũmque geſtabat in manibus; aliquãdo rurſus vt mœſta matrona facem geſtans effingebatur, quæ ſtolam, diademáque haberet in ceruice. Cereri fax idcirco fuit attributa, vt filiam Proſerpinam amiſſam ſignificarent, cùm rapta fuit à Plutone: quandoquidem Ceres mœſta eo tempore ac ſollicita duobus tedæ truncis direptis, ſiue arboris laricis, quibus altera ex parte accenſis, ſuum currum à ſerpentibus tractum conſcendit, eámque cum illis facibus in obſcurioribus locis inquirebat: Ob tedas huiuſmodi Tedifera poſtea à Poëtis fuit nuncupata: Faces ex picea confectæ poſtea fuerunt, ex teda, & larice, pinóque arboribus; vel etiam ex ſicca arundine oleo perũcta, vel cera. Dicitur idcirco Ceres Auguſta, quoniam omnia honorifica, religioſa, maximæque obſeruationis, quæque tanquam diuinam reuerentiam conſequebantur, Auguſta nominata ſunt, vt templa, ſimulacráque Auguſta dicebantur, ac formæ etiam dicuntur Auguſtæ. Hoc numiſma æreum ſemiſſiale, ſed quod maximo tamen ſtudio ab ampliſſimo Patriarcha Aquileiæ cuſtodiatur, habet in priore latere Claudij Imperatoris effigiem cum inſcriptione huiuſmodi: TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. Hoc eſt Tiberius Claudius Cæſar Auguſtus Pontifex Maximus Tribunicia poteſtate Imperator Pater Patriæ.






CONIVNCTI fuerunt Liuiæ affinitatis arctiſſimo vinculo viri quattuor maxime inſignes: quæ Liuia blanditiarum gratia Liuilla dicebatur, ſiue Iulia, ſiue Balia vt ait Dion libro quinquageſimo ſeptimo, quanquam ego pro Balia Iuliam legendum putauerim, cùm nata ſit hæc lectio ex ſcriptorum, ſeu impreſſorum errore. Marcus Antonius Triumuir Dux celeberrimus, qui ab Octauiano Cæſare ſuperatus fuit, huius fuit auus ex matris affinitate, Auguſtuſque eius auunculus ob Octauiam illius ſororem, ipſiuſque Marci Antonij coniugem, ex qua nata eſt eius mater Antonia, minor nuncupata. Eius pater fuit Nero Claudius Druſus cognomento Germanicus, Imperator exercitus, dux indomitæ Germanorum nationi horrendus ac tremendus, cuius nomen, vt antea diximus, nunc etiam illis terrori eſſe conſueuit. Germanicus Cæſar non minus apud eandem nationẽ ob rei militaris peritiam, quàm etiam ob eius probitatem, ac virtutem apud Pop. Romanum, aliaſque omnes nationes amatus, huius frater extitit. Silentio Tiberium Imperatorem Auguſtum prætermitto eius patruum, Claudiumque Principem fratrem; Neronem Imperatorem, conſobrinum ex materno genere; ex quibus omnibus facilè generis ipſius ſplendor agnoſcitur. Verum inter alia complura, hæc erit exemplo, quòd huiuſmodi nobilitas ſæpius ferè cum maioribus, magiſque nefariis vitiis coniuncta eſſe dignoſcitur. Hæc, vti ſcriptum reliquit Tacitus libro quinto, principio ætatis ſuæ non fuit admodum formoſa, at quæ tamen cùm adoleuiſſet, pulcherrima euaſerit. Nupſit primùm Caio Cæſari Marci Agrippæ filio, Auguſtique adoptiuo; poſt cuius mortem, Druſo Cæſari Tiberij Imperatoris filio data eſt in matrimonium, quamuis hic eſſet ipſius conſobrinus, ex quo duos mares eodem partu peperit, ac poſtea filiam ex eodem concepit.

Effigies Druſi atque numiſmata, quæ eius pater Tiberius Imperator excudere fecerat, inferius poſuimus.



In duobus ex ære numiſmatibus, quæ ſemuncialia ſunt, imagines Neronis & Druſi Cæſarum, Germanici Tiberiique filiorum, conſpiciuntur, cum inſcriptione diuerſa, vti ſupra delineauimus.

Aliud numiſma aureum extat Romæ apud Achillem Maffeum cum Druſi effigie, in cuius latere aduerſo ſculpta Tiberij Principis imago cernitur, cum hac inſcriptione: TI. CÆSAR AVG. P. M. TR. P. XXXV.



Eivsdem effigies in numiſmate æreo ſemunciali penes multos huic perſimili conſpicitur, cuius partes ſunt iſtis perſimiles.






Eodem temporis ſpatio, videlicet anno Druſi Cæſaris Tribunitiæ poteſtatis ſecundo, ex pulcherrimo ære Corinthiaco mixto numiſma ſemunciale quoque flatum eſt in Druſi honorem cum Pietatis Deæ imagine, cuius pars altera & hic ſequitur.








177

Sed tanta affectus eſt lætitia Imperator ex mariom ortu, vt ſe continere non potuerit quin diceret in Senatu, nemini vnquam Romano eiuſdem ſublimitatis accidiſſe, vt duos mares ex eodẽ partu ſuſceperit, vti ſcripſit Tacitus libro ſecundo: quam ob cauſam ipſe tam elatus eſt, vt monetas etiam pulcherrimo ære Corinthiaco mixto vnciales cudere fecerit: in quibus adhuc viſuntur ex altera parte eorum in tenera ætate imagines, duobus Cornucopiis impoſitæ, cum caduceo interſecante; quo ipſe videtur ſuam voluiſſe felicitatem ſignificare. In altera vero parte Druſi Cæſaris nomen Pontificiáque dignitas, ac Tribunitia poteſtas inſcripta legitur. cuius exemplum hoc eſt delineatum ab vna, quæ à me dono data eſt Illuſtriſſimo Franciſco Medices Florentinæ Iuuentutis principi.









Ex maribus filiis alter Tiberius vocatus fuit, Princépsq; deſignatus cum Caio Caligula, à quo poſtea fuit interfectus; alter extinctus eſt Caio Aſinio, & Caio Antiſtio Conſulibus. Interea cùm Liuilla fieri poſſe intelligeret vt Claudius aliquando ſuccederet in Imperium, conuitiis palàm iniquam Populi Romani fortunam inſectata eſt, vti ſcripſit Suet. in Claudio. Neque minus ſanè infeſta fuit ſuo marito, quippe cùm nimis benignus ac ſublimis fortunæ gradus humanis iudiciis nebulas offundere plerũque cõſueuerit. Nam cùm innata illi ineſſet Claudiæ familiæ ſuperbia, regnandique cupido, impatiens ſenioris Tiberij mortem expectandi, ſeſe fraudibus commiſit Seiani Prætorianorum cohortium Præfecti. Hic cùm ſe illius amore captum eſſe ſimulaſſet, effecit, vt ſecum adulterium committeret, cùm ſe eam vxorem ducturum pollicceretur, ſi venenum marito dediſſet. Illi enim perſuadebat facilè futurum, vt ſenem Imperatorem de medio tollerent, ac ipſi Romani Imperij Principes efficerentur, ſicuti ſcripſit Tacitus libro quarto, & vigeſimo primo, cùm poſtea honeſtatẽ vitiaſſet, familiámque deturpaſſet, ac Auguſtæ familiæ notam inuſſiſſet, omnia Cæſaris arcana Seiano aperiens, Eu-

# LIVILLA DRVSI CÆS.

demo Medico, ſuóque adultero ſuadente venenum ad tempus parauerunt, idque incauto marito per Lidum Spadonem præbuerit: qui intra octo annorum ſpatiū paulatim morbo conſumptus, occubuit. Fuit præterea cauſa ſuis adulteriis vt ciues complures punirentur, quorum nomina recenſentur à Dione libro quinquageſimo octauo. Plinius libro vigeſimo nono cap. 1. vbi de Medicorum ſceleribus percurrit, ita etiam literarum monumentis tradidit. Iam verò & adulteria etiam in principum domibus, vt Eudemi in Liuia Druſi Cæſaris: item Valentis, in qua dictum eſt reginæ.

Retexit facinus id Seiani vxor per libellum quendam, quem ea miſit Tiberio, in quo res tota erat deſcripta. Hoc cùm is cognouiſſet, ſtudioſéque res inquiſiuiſſet, quæ ibi perſcribebantur, Liuillam cum omnibus Druſi interfectoribus occidendam curauit. Non deſunt tamen qui dicant, quòd illi in Antoniæ eius matris gratiam pepercit, at quòd Antonia tamen poſtea curauit, vt ea inedia moreretur; de qua ſcripſit Dion libro quinquageſimo octauo. In Vrbis mœnibus, quæ ſunt inter viām Appiam, & Latinam epitaphium quoddam peruetus reperitur, in quo de hac ita fit mentio:

OLYMPVS LIVIÆ DRVSI CÆSARIS LECTICARIVS.

Iulia



178

M





IVLIA Druſi filia, ac Liuillæ, Neroni Cæſari nupſit Germanici Cæſaris filio; ipſiúſque Liuillæ nepoti: poſt cuius obitum Rubellio Blando nupſit, cuius auus eques fuerat Romanus, ſicut teſtatur Tacitus libro quarto, ac tertio decimo. Occiſa fuit à Claudio, Meſſalinæ opera ob zelotypiam quam de ea conceperat, vt aſſerit Dion libro quinquageſimo octauo, & Tacitus in loco nuper à me ſuperius citato. Narrat Suet. in Claudio, (vbi pro Iulia Liuia dicitur) quòd ipſius Claudij opera interiit, nulla cauſa cognita: qui neque etiam illius defenſioni locum vllum reliquit.

# AGRIPPINA C. CÆSARIS IMP. M.




AGRIPPINA C. CÆSARIS IMP. 

## MATER AVGVSTA.

PATER Agrippinæ, Marcus cognomento Agrippa, quod præcedentibus pedibus ſit ortus, ex loquo humili ſanè natus eſt, qui profectò ob virtutem ſuam nobiliſſimus fuit. Meruit primum vt Auguſti eſſet affinis, cùm vxorem duxerit Octauiam illius ſororem minorem cognomento, deinde vt eiuſdem eſſet gener, vt crearetur Aedilis, vt obtineret ter Conſularem dignitatem, cùmque triumphum conſequeretur, quem ipſe ducere noluit. Meruit & ſtatuas cupreas in templo Iouis Vltoris, vtque primum eius effigies in moneta exprimeretur, poſtea cum Roſtrata corona, & literis circum M. AGRIPPA L. F. COS. III. in cuius altera parte Neptuni ſimulachrum etiam hodie conſpicitur, quod delphinum tenet dextra, læuáque tridentem, ſicuti patefacit hoc exemplum ab ærea ſemunciali Alexandri Contareni Patricij Veneti extractum.



QVONIAM cum terreſtrium exercituū Cæſaris extitiſſet Legatus, Præfectus fuit claſſi eiuſdem Octauiani Cæſaris, atque inter alias partas victorias, tres nobiliſſimas illi exhibuit. Primam in Aquitanos Galliæ populos, aliam maritimam in Siciliam contra Sex. Pompeium Cnei Magni filium, tertiam ad Actium promontorium: quæ profectò ſumma exiſtimatio, amplitudóque Cæſaris extiterunt, quamobrem ſemper cum poſtea Auguſtus plurimi fecit, magnóque honore proſecutus eſt: quandoquidem in rebus magni ponderis cum conſulere ſolebat, atque illi non modo prouinciarum adminiſtrationem exercituúmque relinquebat, verum etiam Vrbis, totiúſque Romani Imperij, cùm & ſigillo vteretur Auguſti, & ipſius etiam nomen in epiſtolis aſcriberet, ac dehinc exortum ænigma afferre Sphingem. Ob Aquitanicam victoriam, muralem coronam adeptus eſt, ſicuti ex quodam argenteo numiſmate, huic ſimili, facile coniectari licet, in cuius aduerſo, imago Diui filij inſculpta eſt.



OB Siculam, vexillum cæruleum, ac nauałem coronam meruit, quæ antea erat Roſtrata, & quæ in poſteriore parte ærei numiſmatis ſemuncialis cuiuſdam Cæſaris conſpicitur, quia eandem & ipſe Cæſar acceperat, vti ſub-æquum numiſma eodem pondere materiáque declarat, quod Diui filij, ac M. Agrippæ in amplexu capita velata hac corona, inſculpta habet, à tergo vero, Crocodilum palmámque arborē, ſignum Coloniæ Nemauſienſis.




VRBS præterea ab eo ornata, rectéque diſpoſita fuit: ſiquidem magnificentiſſimum illud Iouis templum erexit, vt aſſerit Plinius libro trigeſimo ſecundo, vocatum Pantheon, quod eſt omnium Deorum; idque nunc etiam CHRISTI, ac Diuæ Virginis cui conſecratum eſt beneficio conſpicitur integrum. Eo præterea anno, quo Aedilis, aquarúmque præfectus fuerat, aquam Virginem in Vrbem deduxit, Iuliam etiam Martiam, Appiam, Anienémque cæterorum Aedilium incuria penè deuaſtatas refecit, atque reſarciuit. Fecit & ſeptingentos lacus, centum fontes, centum & quinque ſcaturigines, centum & triginta aquarum caſtella: quibus in operibus trecentas partim marmoreas, partim cupreas ſtatuas collocauit, cum quadringentis marmoreis columnis, vt aſſerit Plinius libro trigeſimo quinto. Data fuit idcirco eius familiæ aquarum cura, tanquam perpetuis earum curatoribus, vt inquit idem Plin. ac Frontinus libro primo, & ſecundo de Aquæductibus. Ex tribus, quas certò habuit vxoribus, filia Titi Pomponij



Attici ſcilicet, Marcella Octauiæ maioris filia, & Iulia filia Augusti, duæ tantum filios illi pepererunt. Ex Pomponij filia Agrippinam ſuſcepit, quæ nupſit Tiberio adhuc priuato; Ex Iulia tres habuit mares, duáſque fœminas; Caium, Lucium, & Agrippam, Iuliam de qua ſuperius, & Agrippinam. Scripſit Dion, quòd Octauiam etiam minorem ſororem Augusti vxorem duxit. Deceſſit anno ætatis ſuæ quinquageſimo primo, ob adulterio Iuliæ ſuæ coniugis mœrorem, cum ſlotius ex pedibus laboraſſet, infeliciterque ageret, quòd vltimam filiam genuiſſet, & neptis Agrippinæ cauſæ quæ humano generi duo monſtra maximè pernicioſa protulerunt, Caium Caligulam, Domitiúmque Neronem Imperatores, vti aſſerit Plinius libro ſeptimo. Cùm Germanico Cæſari nupſiſſet Agrippina, nouem filios peperit, quorum duo infantes adhuc extincti, alius, cui nomen Caio Cæſari, iam puraſcens inſigni feſtiuitate mortuus eſt, cùm aliquantulum adoleuiſſet: qui perhumanus, & iucundus eſſe videbatur; cuius effigies in Cupidinis habitu in Veneris Capitolinæ templo depoſita fuit, atque cùm aliam in cubiculo haberet Auguſtus, quotieſcunque thalamum intrauit eam exoſculabatur. Ex cæteris filijs tres erant fœminæ, Agrippina, Druſilla, Liuilla, quæ tribus annis natæ fuerunt inuicem ſuccedentes. Fuerunt & totidem mares, Nero, Druſus, & Caius Cæſar Caligula. Fœminæ, & Caius, ſuperſtites matri fuerunt; at Nero, & Druſus à Tiberio interfecti ſunt, ab eo primùm accuſati in Senatu, hoſteſque Populi Ro. iudicati. Peperit primùm Caium Cæſarem Tyburi, atque alium eiuſdem nominis, Caligulam poſtea cognomento, peperit Antij poſt annum, Germanico Caióque Fonteio Conſulibus, atque Neronem deinde, & Druſum.

Nata eſt Agrippina, ex Druſilla in Treuiris dum maritus cum Germanis pugnaret, vbi & aram fuiſſe ſcribit Pli. in qua ſcriptū erat, OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM. Peperit Iuliam in Lesbo inſula cùm vna cum Germanico in Orientem proficiſceretur, vti ſcripſit Suet. in vita Caligulæ. & Tacitus libro ſecundo. Cùm ea eſſet in caſtris, dum pugnaret Germanicus in Germanos, magno in diſcrimine vitæ verſata eſt, quoniam cùm Germanicus inferioris exercitus commotus eſſet, cogitur paucis comitantibus mulieribus ac grauida cum Caio in vlnis per Treuirorum fines effugere, à quibus ob admirabilem facundiam, honeſtiſſimam famam, iucundam patris Agrippæ memoriam, auique ipſius Auguſti, perhumanè excipitur. Quinetiam cùm ibidem hyemaſſet, vnum ex ſuperius dictis hominis peperit; quanquam cùm puderet milites eius moræ, multis precibus Agrippinam rogarunt vt in caſtra rediret, vt habemus, apud Tacitum libro primo. Ex-

guo tempore interpoſito poſt Germanici victoriam cùm in Cheruſcorum regione vellent ſeditioſi quidam milites pontem extruere ſupra Rhenum in Galliámque penetrare, Agrippina vtpote ſtrenua mulier ducis armis induta eorum impetum coërcuit, cùm & veſtes, & annonam militibus diſtribuiſſet. Plinius, vt aſſerit Tacitus, narrat etiam in his libris, quos de bello Germanico ſcripſit, quòd ea armata ſuper ponte conſtitit gratias agens redeuntibus legionibus eáſque laudabat. Dicunt præterea hoc Agrippinæ facinus valde iniucundum Tiberio accidiſſe, neque ſine magna protſus moleſtia. Non enim res parui ponderis eſſe videbatur, quòd mulier maioris autoritatis in exercitu fuiſſet, maioriſque virtutis, quàm vel Legati, vel militum præfecti ſimul, cùm tantam ſeditionem placaſſet, quantam vel Principis ipſius autoritas placare non potuit. Videbatur enim illi hæc mulier, cùm res ageret cum militibus, ac munera concederet, ſéque armaret, id conari velle, vt Caius Cæſar appellaretur, vti teſtatur idem Tacitus lib. 1. Cùm in orientem mitteretur poſt res huiuſmodi Germanicus, peperit ea in itinere in Lesbo Inſula Iuliam, ſiue Liuillam, qui nouiſſimus fuit eius partus, hinc peruenit in Syriam, vnde ob Gnei Piſonis, Plancinæque illius coniugis inſidias mortuo Germanico ægra cum mariti cineribus, filiíſque in gremio Romam adnauigauit. Cùm verò obuia fuiſſet in itinere Domitio Celeri cum triremibus in Syriam à Piſone miſſis, parum abfuit quin in certamen deſcenderet. Tum in Corcyræ inſula per aliquot dies commorata Brunduſium traiecit, cui obuiam iuit magna populi multitudo, quæ vndique ad eam viſendam confluebat. Hoc ſcripſit Tacitus libro ſecundo & tertio. Hæc Plancinæ Agrippinæque inimicitia ab Auguſta Liuia excitata fuit, quoniam cùm bifariam diuiſi eſſent aulicorum animi, partimque in Germanicum, partim in Druſum Tiberij filium eſſent propenſi, cùmque viſum eſſet quòd exercitus Tiberium Imperatorem in Germania recuſaſſet, Germanicúmque expetiuiſſet, cùm videret Agrippinam pluris fieri, quoniam eſſet fœcundior, quòd res nouas etiam timeret, Plácinam Piſonis coniugem certiorem fecit, qui tunc Syriæ erat Præfectus, vt quoquo modo poſſet ea cum Agrippina contenderet. Acceſſerunt huic inimicitiæ aureæ coronæ, quæ à Syris Agrippinæ Germanicóque donatæ fuerunt, quæ non mediocrem concitarunt inuidiam, cùm multò eſſent maiores iis, quæ Plancinæ, ac Piſoni datæ fuerunt, ſicuti teſtatur idem Tacitus libro ſecundo & tertio. His igitur de cauſis & ſenioris Liuiæ ambitione, & Seiani inſidiis, multiplicibus modis aſſiduè infeſtabatur Agrippina: quippe quæ grata eſſet populo, plurimúmque apud eum poſſet gratia, tum ob Auguſti memoriam,





tum etiam ob ſummam Romano[r]… Germanicum beneuolentiam: per quam verebatur Liuia, ne principatum obtineret. Verùm fortuna optimis inceptis grauis ſemper aduerſaria, illi ruinæ futuræ primordia ſubſeruit, quòd cum Claudia Pulchra eius conſobrina adulterij accuſaretur, ac venefícij in Principem, ea acceſſit ad Tiberium, qui tunc fortè Diuo Auguſto ſacrificabat. Cum autem verbis aliquantulo ſeuerioribus conſobrinæ affectione vſa fuiſſet, non modo non impetrauit vt abſolueretur Claudia, verum etiam non nihil odij inde reportauit, vti aſſerit Tacitus libro quarto. Cum paulo liberius aliquando de mariti morte conqueſta eſſet, Tiberius eam manu apprehendens, Græco verſu pronunciauit, Si non dominaris filiola, iniuriam te accipere exiſtimas? cum ea aliquando vt in matrimonium coniungeretur expoſceret, quòd ſe iuuenem adhuc eſſe diceret, quódque nihil matrimonio iucundius haberent boni in ciuitate; intelligens Tiberius quanti eſſet ponderis hoc Reipu. nullum dedit reſponſum. Quadam vero inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam, etiam vocare deſiit, neque mox vllo ſermone dignatus eſt. Dicebat enim ſe arbitrari, eam id feciſſe, vt crederetur vulgo venenum ad eam porrectum fuiſſe, quoniam Seianus, vt eius perniciem excitaret, nonnullos clam miſerat, qui amicitiæ ſimulatione, beneuolentiæque dicerent, eámque admonerent ne cum ſocero comederet, quoniam is venenum illi parauiſſet. Sed ita ſe res profectò habet, quòd is ipſa poma præbuit, vt intelligeret an ei illa confideret, cui poſtea credenti venenum erat daturus; verùm ea ab iis abſtinuit, quippe quæ firmè crederet eſſe venenata. Nouiſſime dictitans modò ad ſtatuam D. Auguſti, modò ad exercitus confugere velle, ſicuti ſerui conſueuerunt, vt populum ad miſericordiam concitaret, cúmq; in ipſum inflammaret, nunc verò minitans ſe eſſe ad exercitus Germaniæ aditurum vbi aliquam commiſerationem repertura eſſet ob gratam mariti eius memoriam, quæ adhuc recens erat, eam in Pandatariam inſulam relegauit. Cum verò hæc eum carpere non deſiſteret, atque conuiciaretur, conuicianti oculum per Centurionem verberibus excuſſit. Rurſus mori inedia deſtinanti per vim ore diducto infarciri cibum iuſſit, cuius tandem ex inedia mortuæ oſſa in Cæſarum ſepulchro deponi vetuit, mandauitq; vt in occulto loco quopiam abſconderentur, vbi nunquam reperirentur poſtea. Quinetiam quoquo modo potuit, illius famam deturpare conatus eſt, ſuaſitq; illius quoq; natalem diem inter nefaſtos eſſe referendum, quibus nihil agere conuenit: ac diem quo mortua fuerat, ſolennem, & feliciſſimum eſſe habendum S.C. decreuit, quo Capitolino Ioui donum ex auro ſacrare par eſſet. Videbatur

enim ſibi nimis fuiſſe placidus qui[illegible]m laqueo minimè ſtrangulatam et Gemonijs præcipitarit, quibus ſcelesti homines deijci à Romanis conſueuerunt, quamobrem interponi decretum paſſus eſt, quo ſibi, vt pote clementi perhumanóq; Principi gratiæ agerentur. Scribuntur hæc à Tacito libro quarto, & quinto, & à Dione libro quinquageſimo ſeptimo, Suetonióq; in vita Tiberij. Ob hanc enim clementiam videtur Tiberius, ſcutum aureum in Capitolio poſuiſſe, ac poſtea in ſemunciali æreo numiſmate edicto ſuo inſculptum fuiſſe, cum his literis: CLEMENTIÆ, in cuius vmbilico extat Tiberij, ſiue Clementiæ Deæ effigies.



SVNT qui negent eam conſulto mortuam eſſe, quod etiam rationi magis conuenit, quamuis cibo abſtineret, quódq; victus illi poſtea non daretur, ac inde fama exierit, quod ea veſci noluiſſet. Memoriæ prodidit Tacitus libro quinto Tiberium illi imputaſſe, quod cum Aſinio Gallo alterius Agrippinæ eius ſororis marito, adulterium commiſiſſet, quódq; ob illius obitum ea ſibi mortem conſciuiſſet: quod abhorrere à veritate ab omnibus iudicatum eſt ob honeſtiſſimam vitam anteactam. Fama eſt, nonnullos fuiſſe, qui eam in ſpem veniſſe arbitrati ſint poſt Seiani mortem alicuius miſericordiæ apud Tiberium inueniendæ: verum poſteaquam miſerrimum Druſi filij obitum cognouit, vitæ ſuæ omnē prorſus ſpem abieciſſe. Defuncta eſt anno ferè decimo quinto poſt Germanici mariti mortem, ſeptimóq; poſt Neronem filium, ac quinto poſt Liuiam eius auiam, anno ſecundo poſt occiſum Seianum, eodémq; die, quo ille fuit cæſus. Tantus fuit eius viuæ terror Tiberio, tantáque ſuſpicio, vt nunquam aliter poſt damnationem, quàm catenatam, obſutáq; lecticæ, loco mouerit, prohibitis per milites viatoribus, ac reſpicere vſquam, vel conſiſtere, vti ſcripſit Suet. in vita Tiberij. Hæc animo fuit caſto, magnoq; in maritum amore, filijs non æqua, quoniam Neronem, magis quàm Druſum amauit, magnanima, audax,



virilis animi, virilibúſq; cogitationibus plena, fœmineis vitijs ſpoliata, dominandi tamen cupida, fortunæque ſuæ impatiens, vt aſſerit Tacitus libro primo & quinto. Magnopere amata fuit ab Auguſto, quod literæ quædam ab eo ſcriptæ teſtantur, in quibus apud Suet. in vita Ti. hæc inſunt; VALEBIS mea Agrippina, & dabis operam vt valens peruenias ad Germanicum tuum. Cum Caius Principatum adeptus eſſet, vt ait Dion libro quinquageſimo octauo, edixit ſtatim vt Auguſta vocaretur, quamuis iam mortuam; atque ipſe (autore Suetonio in vita Caij) in inſulam Pandatariam adnauigauit, & in Pontias ad transferendos matris, fratriſq; cineres feſtinauit tempeſtate turbida, vbi ipſe etiam ſuis manibus magna cum reuerentia eos collegit, in vrniſq; accommodauit: cúmq; iiſdem ceremonijs vexillo in puppe phaſeli cuiuſdam collocato Hoſtiam adnauigauit, atque per Tiberim poſtea Romam eſt ingreſſus. Curauit interim, vt biremes contra aquarum deſluxum à primatibus Equeſtris ordinis traherentur, atque per meridiem vniuerſo populo inſpectante depoſuerat eos cineres in duobus ferculis, id eſt arculis, quas in Cæſaris Mauſoleo collocauit, inferiáſq; his annua religione publicè inſtituit, atque nunc etiam ipſius Mauſolei marmor quoddam reliquum eſt in calce Capitolij, in quo hæ inciſæ ſunt literæ; OSSA AGRIPPINÆ DIVI AVG. NEPTIS VXORIS GERMANICI PRINCIPIS. Atque à tergo ſaxi aliud eſt ſimile, vnà cùm huiuſmodi epitaphio; OSSA NERONIS CÆSARIS GERMANICI CÆSARIS F. DIVI AVG. PRON. FLAMIN. AVGVSTALIS QVÆSTORIS. Quod eſt ſepulchri Neronis Agrippinæ filij, Caiique Principis fratris indicium.






## DVÆ IMAGINES NVMISMA PRIMVM.

## VEHICVLVM ELEPHANTORVM NVMISMA II.

DE hoc vno numiſmate in declarationibus poſteriorum patrum nummorum ſequentis Agrippinæ huius filiæ, Neronis Imperatoris matris explicabitur.

## CARPENTVM, NVMISMA III.

INSTITVIT præterea idem Caius vt ludi Circenſes in matris honorem celebrarentur, in qua pompa voluit vt maioris honoris cauſa adeſſet etiã Carpentum, vt ait Suet. in loco ſuperius citato, cum inquit: Et eo amplius » inſtituit matri Circenſes Carpentúmque, quo in pompa traduceretur. De » hoc vehiculo inter Liuiæ Auguſtæ monetas copioſius à nobis eſt perſcriptum; ſed quoniam res, quæ longum ſanè tempus poſtularet, fore videretur, ſi eos omnes recenſere velimus, apud quos numiſmata huiuſmodi vncialia reperiuntur, perpulchri que æris Corinthiaci miſti, hoc vnum dicam, quòd vel nullum lararium, in quod res antiquæ ab aliquo congeſtæ fuerint, reperitur, vel nullum muſeum, aut certè perpauca, vbi nullum prorſus numiſma huiuſmodi inueniatur.

## EFFIGIES CAII NVMISMA IIII.

QVIN etiam vt magis pietas in matrem emineret, Caius edixit, vt ex altera argentearum monetarum parte Agrippinæ imago imprimeretur, ex altera ſua ipſius effigies: omnibúſque Tiberij Imperatoris in eam decretis abrogatis, de iis omnibus pœnas ſumpſit, qui illi inſidias tetenderant. Curauit etiam vt ij omnes in patriam reuocarentur, qui illius cauſa in exilium miſſi fuerant, ſicuti ſcripſit Dion libro quinquageſimo octauo. Et quanquam primum omnes accuſationes, omnes actus, omniáque inueſtigationum ſcripta comburere ſimulaſſet, quæ in eius matrem, ac fratres facta fuerant, tamen id fecit deſcriptis prius exemplis quibuſdam, ſeruatiſq; prioribus ſcriptis, vt omnes ij qui in eo negotio fuiſſent occupati, vel vt accuſa-

tores, vel vt teſtes, vel vt iudices, nihil deinde timerent. Vera tamen ſcripta poſtea is nihilominus oſtendit, eóſq; acerbè puniuit, vt tradit Suet. in vita Caij, ac Dion etiam in libro à me ſuperius citato.

## NVMISMA V.

CVM ſucceſſiſſet in Imperium Claudius ducta vxore Iulia Agrippina huiuſce filia, vt honoraret, ſtabiliretque ſocrus & gloriæ ſuæ memoriam, ex Senatus conſulto curauit vt eius effigies in moneta vnciali pulcherrimi æris Corinthiaci miſti imprimeretur, in cuius aduerſo latere legebantur hæ literæ; TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. & S. C.

## NVMISMA VI.

PRÆTEREA ipſi numiſmati ſigillum hoc concauum cum literis huiuſmodi additum fuit: N. C. A. P. R. Quarum interpretatio minimè à me conſcribetur, cum nullius firmam habeam authoritatem, cui fidere poſſim: atque coniectura aberrare ſæpius ſoleat. Sunt qui ita interpretentur; NOBIS CONCESSA A POPVLO ROMANO. Verum lectio huiuſmodi mihi non planè ſatisfacit, quoniam duæ notæ; i. c. eundem ferè ſenſum ipſæ retinent. Præterea cur iterum ſignatæ fuerunt?, aut cur non characteribus eleuationibus, atque vna cum nummo impreſſis? Alij contra intelligunt; NON CONCESSA ſcilicet, quaſi hoc ſigillo ſignificare velint eam monetam ab aliquo Principe, qui ſucceſſerit, vetitam fuiſſe, vt à Nerone in matris contemptum: ſed neque huiuſmodi expoſitio mihi omnino arridet, cum talis opinio nulla hiſtoriæ authoritate fulciatur, quiuis idcirco vti magis placuerit, interpretetur.






# IVLIA AGRIPPINA GERM. CÆS. FIL. VLTIMAQVE CLAVDII IMPERATORIS CONIVX AVGVSTA, NERONIS PRINCIPIS MATER.

GERMANICVS Cæſar pater Agrippinæ fuit, cuius ſi præſtantiam mihi deſcribendam proponerem, nullæ eſſent vnquam laudes, quæ vel minimam eius meritorum partem adæquare poſſent: ſiquidem ab iis, qui hiſtoriam conſcripſerunt, vnicum omnium virtutum tam animi quàm corporis vas atque exemplar iudicatus fuit, cuius vita illuſtris ita ornatè, ac breuiter in initio vitæ Caij à Suet. deſcripta eſt, ita illius laudes à Quintiliano prædicantur, ac ab Ouidio, à quo illi opus Faſtorum dedicatur, vt quiuis eius virtutes res que bene geſtas ibi iucundius legere poſſit, quàm ab aliquo eas expectare ampliores; cuius tamen effigiem hoc loco non omittendam putaui, quæ in antiquis numiſmatibus argenteis, æreiſque ſemuncialibus reperitur, cuius partem aduerſam hic quoque exprimendam curauimus, cùm in poſteriori parte argentei nummi Caij Cæſaris Caligulæ eius filij imago conſpiciatur.




AGRIPPINÆ mater fuit Agrippina Marci Agrippæ filia Auguſta, quæ honeſtiſſima fuit mulier, animóque & paternis virtutibus, Auguſtique aui omnino ſimilis. Nata eſſe creditur ex Vbiorum oppido, eo ſcilicet tempore quo Germanicus eius pater cum Germanis pugnabat, atque idcirco cum Claudij Imperatoris vxor fuiſſet, Coloniam ibi deduxit, qui locus poſtea ab eius nomine Agrippina vocatus eſt: atque nunc etiam cum frequentiſſima ſit Vrbs ac opulentiſſima, Colonia nuncupatur. Scripſit Tacitus libro duodecimo eam ibi natam eſſe, quódque Agrippa eius auus eiuſce gentis habuit adminiſtrationem. Narrat tamen Suet. quod nata eſt in Germania,

vbi Druſillam etiam natam eſſe aſſerit, non tamen quo in loco præcipuè dixit, præter id quod Plinium accuſat, qui in Treuirorum regione aram fuiſſe narrat, in qua erat inſcriptum: OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM. cùm affirmet Caium illius fratrem in primo Germanici Conſulatu natum fuiſſe. Huic opinioni aſſentitur Tacitus libro primo, vbi inquit quòd ob Romani exercitus ſeditionem oportuit matrem Agrippinam grauidam cum Caio tunc paruo aufugere in Treuirorum regionem, vbi ſequenti hyeme peperit. Conſentaneum eſt rationi vt is partus fœmina fuerit, cùm tribus annis tres filias pepererit, vt autor eſt Suet. aliam poſt aliam: quamobrem accidit vt ſub finem Conſulatus Sexti Pompeij, Sextique Apuleij nata ſit Decembri menſe, vel in principio Conſulatus Druſi Cæſaris, & Caij Norbani menſe Ianuarij, vel Februarij. Ita verò nos computamus iis freti, quæ ſcripſit Suet. Natus eſt Caius Cæſar menſe Auguſto, & Romæ, eo tempore quo pater primò fuit Conſul: Germanicus igitur niſi peracto menſe ſe in Germaniam non contulit. Hoc idcirco dico, quia cùm is in Germaniam acceſſit, vxor etiam vnà iter arripuit, ac paulo poſt ſeditio nata eſt in exercitu. Mortuus eſt Auguſtus Auguſto menſe Sexto Pompeio, & Sexto Apuleio Conſulibus. Inter Germanici & Pompeij, Apuleique Conſulatum, alius Conſulatus interceſſit, qui fuit Lucij Planci, & Caij Silij. Inter eum igitur Auguſtum menſem, quo natus eſt Caius, & quo mortuus eſt Auguſtus, duo anni interceſſerunt: ſub quorum finem cùm Germaniæ exercitus deſciuiſſet, Agrippináque eſſet grauida, ſequentique hyeme peperiſſet, vti dictum eſt in Treuiris, concepit vel ſub finem Conſulatus Pompeij vel in principio Druſi. Quòd hoc partu nata ſit Agrippina hæc, vt arbitremur, hac ratione adduci poſſumus, quòd vbi de matris Agrippinæ fuga ſcripſit Tacitus, eam Caium paruulum ſecum abſtuliſſe ſcribit, neque alium nominat infantem: cui rei vel id argumento eſſe poſſet, quia fœminæ poſt mares natæ ſunt, quorum vltimus fuit Caius. Ex his colligi poſſet filiam Agrippinam ætate maiore in Treuiris natam fuiſſe, atque aræ inſcriptionem, cuius mentionem fecit Plin. magis illi, quàm Druſillæ, conuenire. Verùm res huiuſmodi ita tenebris inuolutæ ſunt ob temporis diſtãtiam, vt verum perquirere, res maximi & infiniti propè ſit laboris: atque hæc pauca ego percurrere volui, vt obſcuritatem viri ſtudioſi magis intelligerent.

Quod attinet ad illius nomen, eam variis nominibus appellatã fuiſſe ſentio, quandoquidem Tacitus in vno tantum loco Iuliam Agrippinam nominat, idque in principio libri duodecimi: & Dion libro quinquageſimo ſeptimo, ſemel, ac nuſquam amplius Agryppiam vocauit. reliqui verò ſcriptores omnes eam Agrippinam vocant ſimpliciter ſine alio prænomine, vel cognomine.



187

Primum illius matrimonium fuit cum Paſieno Criſpo qui bis conſulatum geſſerat, fueráque orator: de quo mentionem fecit Plinius libro Naturalis hiſtoriæ decimo ſexto, & Suetonius in Nerone. poſtea à Tiberio ſuo auunculo Cneo Domitio Aenobarbo in matrimonium data eſt, qui antiquiſſimæ nobilitatis erat & affinis Imperatorum ob cõſanguinitatem: quoniam Octauia illius fuit auia, per quam Auguſtus eius erat auunculus, vti narrat Tacitus ſub finem libri quarti, nóſque demonſtrauimus in delineamentis in noſtra Genealogiarum Cæſarum, ſucceſſionúmque Romanarũ familiarum tabula: cum quo vnum tantum filium genuit Domitium Neronem nominatum. Verum poſt Tiberij mortem cùm is ex Vrbe exiuiſſet vt tumultus eos deuitaret, Pyrgis in Thuſciæ oppido commoratur, deceſſitque ibi morbo aquæ intercutis, vti Suetonius tradit in Nerone. Ser. Galbæ matrimonium tentauit, qui Lepida erat orbatus iuxta Suetonij ſententiam in ipſius Galbæ vita, quo tempore cùm Caius eius frater ad ſummam rerum euaſiſſet, cum eo concubuit per aliquod tempus, à quo ſuis catamitis poſtea conceditur, qui ea potirentur. Præterea cùm illius imago in aduerſa parte numiſmatum Caij impreſſa fuiſſet in Deæ Conſtantiæ formam, vnà cum Druſillæ, Liuiæq; imagine, omneſq; eos honores obtinuiſſet quos viuæ ſorores aliæ ſunt conſecutæ, illi tandem moleſta viſa eſt ac odio digna, vtpote adultera, & Aemilij Lepidi coniurationis conſcia: quæ etiam condemnata, fuit in Pontias Inſulas relegata, eius bonis in publicum redactis, cùm prius illi imperaſſet Caius, vt in vrna plena aquæ incluſa Lepidi oſſa Romam in gremio aſportaret: quod à Dione ſcribitur libro quinquageſimo octauo.

Verum paulò poſt defuncto Caio, à Tiberio Claudio eius patruo Imperatore in patriam reuocatur, omniáque bona recipit. Ac ſubinde Meſſalina vxore à Claudio interfecta, libertis Claudij ſtudentibus vt nouam illi ſponſam inuenirent, illecebris illius, ac per ius oſculi vtpote neptis pellecto in amorem Principe patris ſui Germanici fratre eum ſubornauit, Pallantiſque liberti interceſſione adiuncta, Lolliæ Paulinæ, Ælliæq; Petiniæ ſtudio, contentionéque ſuperior, quæ & antea eius fuerat vxor, vt inter patruum, ac neptem nuptiæ celebrarentur obtinuit, cùm primum tamen rogata lex eſſet in Senatu, vt matrimonia huiuſmodi patruorum, ac neptium legitima iudicarentur, quæ ad id tempus inceſta habebantur: neque tamen præter libertinum quendam, & alterum primipilarem eius facinoris imitatores inuene-

runt, quorum officium nuptiarum, & ipſa cum Claudio celebrauit.

Cum ad Imperatoriam dignitatem hæc aſcendiſſet, eas vias paulatim aggreditur, quibus etiam filius ad Imperij culmen perduceretur: atque Octauię Claudij filię per falſas calumnias nuptiis cum Lucio Sillano ſolutis, eam Neroni filio in vxorem dedit. Neque multum ſanè temporis ſpatium interceſſit cum Pallante intercedente Nero per adoptionem in Claudiorum familiam accipitur, illique Auguſtæ nomen inditur, vt ait Tacitus libro duodecimo. tum multifariam illius imago in argenteis numiſmatibus inſculpitur, & in Deæ Cereris formam, cum huiuſmodi inſcriptione, AGRIPPINÆ AVGVSTÆ.





## EFFIGIES CLAVDII
### NVMISMA PRIMVM.

VERVM in parte aduerſa ipſorum numiſmatum Claudij ipſius impreſſa eſt imago cum his literis circum: TI. CLAVD. CÆSAR AVG. GERM. P. M. TR. P. P. P.

## SIMVLACRVM VENERIS
### NVMISMA II.

HAEC idem Claudius Octauiæ filiæ beneuolentia permotus, atque Agrippinæ facinore, quod ei præclarum videbatur, quòd ei idoneum maritum coniugaſſet, quòd hoc maximum amoris argumentum exiſtimabat, quódque ea pro ſuis viribus vt Princeps Reipublicæ procrearetur procuraſſet, in alijs argenteis numiſmatibus eam imprimendam curauit: quorum in aduerſa parte Deæ Veneris ſimulacrum dextra haſtam læuáque pomum oſtentans conſpicitur, quandoquidem id ſignum eſt eius, quo à Paride Phrygio donata eſt, cùm eam reliquas Deas forma antecellere pronũtiauit in iudicio; quin etiam ipſum additum eſt Veneris ſydus, quod maritorum coniugúmque animos mutuo amore coniungere conſueuit, cum his circum literis; VENVS CÆLESTIS.

## SIMVLACRVM CONCORDIÆ
### NVMISMA III.

ET quoniam ea ſemper ferè eſt conſuetudo, vt inter nouas nuptias primis temporibus concordia reperiatur, cum horum animi etiam forent cõiũcti, conflatur hoc argenteum numiſma cum huiuſce Deæ imagine, quæ dextera tenet pateram, læuáque cornucopiæ, vt illud interim ſignificaretur, quod literis mandauit Saluſtius; Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. quamobrem cum de hac loqueretur libro primo Carminum Horatius ita inquit:

Fœlices ter & amplius,
Quos irrupta tenet copula: nec malis



Diuulſus querimonijs
Suprema citius ſoluet amor die.

Hæc verò ſedens effingitur, vt declaretur eam ad extremum vſque diem firmam eſſe oportere. Huc accedit quòd illi Carpento per ſolennia feſta vti, ex Senatus conſulto conceſſum eſt; vt ſub finem libri quinquageſimi octaui tradit Dion.

His dictis honoribus functa, vt ſibi tanquam viro ſeruiretur inſtituit, ſeueritatéque publice vtebatur, aureum paludamentum geſtabat, quo ſacerdotes antiquitus vti conſueuerunt; quo induta & Capitolium aſcendit, & ad ſpectacula accedere ſolebat. Affirmat Plinius præterea libro trigeſimo tertio, ſe in procinctu naualis prælij eam apud Claudium ſedentem, veſtéque auro abſque alia materia intertexta indutam vidiſſe. Memoriæ prodidit Tacitus, quòd cum Britannorum Rex Carattacus prælio victus, ad Imperatoris præſentiam vinctus deductus eſſet, Agrippina paulum ſeorſum à marito in ſede ſublimi conſidebat, cúmque omnium admiratione Romanis cohortibus erat præfecta: atque ipſa dicere conſueuerat, quòd à ſuis maioribus ſocia facta fuiſſet Imperij. Præfectos Prætorianarum cohortium officio depoſuit, alióſque ſuffecit prout ſibi videbatur, at eadem ratione res etiam publicas adminiſtrabat, ita vt iis darentur magiſtratus atque officia, quibus ea voluiſſet, quæ & autor extitit, vt Annius Seneca ab exilio reuocaretur, Præturámque adeptus fuerit. Scripſit tamen Plinius libro trigeſimo quinto, Senatum ſuo edicto Prætoria ornamenta Claudij libertis conceſſiſſe. Verũ quod maxima eſt admiratione dignum, ea ſua aſtutia omnem prorſus amorem, beneuolentiam, ſtudium, & gratiam Imperatoris filio ademit, ſuóque Neroni potentiam, ac autoritatem addidit, cùm diceret contemni adoptionem ab amicis, & ab iis qui Britannici partibus ſtudebant. quamobrem cùm curauiſſet vt in Britannici educatores animaduerteretur, id obtinuit, vt pro ſuo arbitrio cuſtodias illi ſtatueret, atque illud accidit, quòd per prouerbium effari ſolet, feli lardum credere; quandoquidem ita neglectus fuit adoleſcens, vt vel à ſuis ipſius ſeruis pateretur. Pro ſuis his viribus odia etiam immanitatémque in omnes exercuit; nam cùm prius Sillani Octauiæ mariti cædis cauſa extitiſſet, effeciſsétque vt Claudij liberti, qui in obtinendis Imperatoriis nuptiis repugnarant, de medio tollerentur, curauit etiam vt Lollia Paulina hac ipſa de cauſa exilium pateretur, & occideretur denique: cuius caput cum ad ſe allatum eſſet neque cognitum, os ſuis manibus aperuit, vt dentes inſpiceret. Curauit necandas etiam alias matronas, inter quas Calpurniam nobiliſſimam: neque

ctia ſanè de cauſa, quàm quòd eam Claudius aliquando vt formoſam mulierem laudaſſet. Quin etiam leuiſſimis de cauſis Domitiam Lepidam conſobrinam ſuam, Neroniſque amitam occidi iuſſit, cùm eam tanquam Magicæ artis ſtudioſam accuſaſſet. Tum Iunio Syllano ſuperioris Syllani fratri Aſiæ Proconſuli venenum dandum curauit: atque Ioſephus libro antiquitatum vigeſimo, illius iuſſu Meſſalinam interfectam fuiſſe memoriæ prodidit, ob zelotypiam, quam ex ea conceperat.

Cum timeret hæc igitur ne ob crudelia ſua facinora fortuna mutaretur, idémque ſibi contingeret, quod & cæteris Claudij vxoribus euenerat, Britannicúſve hæres Imperij inſtitueretur, hoc etiam ſcelus cæteris addendum cenſuit, vt Imperatoris mortē acceleraret, idque tanto maiori ſtudio, quòd eum ſenſerat non adoptionis ſolum, ſed matrimonij etiam pœnituiſſe, quòd clam eum iratum aliquando commemorantibus libertis ac laudantibus cognitionem, qua pridie quandam adulterij ream condemnauerat, ſibi quoque in fatis eſſe iactare audiuerat, omnia impudica, ſed non impunita matrimonia. Quódque is conſtituiſſet vt Britannicus togam virilem ſumeret, cuius rei argumentum videbatur, quia illi factus obuius, eum arctiſſimè complexus eſt, ac hortatus vt creſceret, rationémque à ſe omnium factorum acciperet. Nulla res tamen magis eam ad id efficiendum inflammauit, quàm quòd multorum criminum accuſata fuerat, Claudiúſque teſtamentum condiderat, per quod inſtituerat hæredem Britannicum. Agrippina igitur priuſquam aliquid præterea is moliretur, per peritiſſimam veneficorum magiſtram Locuſtam nomine egit, pérque Alotum Spadonem cubicularium, vt daretur ei venenum in boletis Xenophonte etiam medico adiuuante. Poſt illius mortem ea Liuiæ Auguſtæ æmula eſſe voluit cui illi omnes honores concedendo, quos illa tribuerat Auguſto, cùm in Deorum numerum eum retulerit. Inde duo nata ſunt dicteria, quòd boleti Deorum eſſent cibi, (cum Claudius per boletos fungos extinctus, dein relatus ſit in numerum deorum) & quòd in cœlum pater vnco ſit correptus.

Imperio ita ad Neronem tranſlato, hæc minus quàm antea tolerabilis eſſe cœpit, neque ſe ab omnibus timeri ſolum voluit, verum etiam filium minis territabat, omniáque tanquam Imperator adminiſtrabat, ita vt OPTIMÆ MATRIS teſſeræ darentur Tribunis. Auſa eſt præterea Armeniæ legatis ad Neronem rogandum quadam de cauſa accedentibus Imperatorium ſubſellium conſcendere velle, ac ius dicere; idque feciſſet, niſi Nero pietate, reuerentiáque ſimulata aſſurrexiſſet, illique tanquam matri occurriſſet, à Seneca, cæteriſque amicis admonitus.





# NERONIS AGRIPPINÆQVE IMAGO
## NVMISMA IIII.

IMPRESSÆ fuerunt complures aureæ monetæ Neronis Agrippinæque nomine hoc tempore, inter quas vnum conſpicitur genus, cuius in altero latere corona eſt. circa duas imagines huiuſmodi extat inſcriptio; AGRIPPA AVG. DIVI CLAVD. NERON. MATER. quà in re animaduertendum eſt quòd Agrippinæ nomen ita etiam ſcribebatur; AGRIPPA, abſque duabus penultimis literis. Nomen AVG. in Agrippinam, non autem in Claudium refertur, ſiquidem vbi periiſſet Imperator, relatúſque fuiſſet in deorum numerum, non amplius Auguſtus, ſed Diuus appellabatur, tantò digniore hoc nomine exiſtente, quantò præſtabilius eſt Deum eſſe, quam hominem. Sic Diuus Iulius, non autem Iulius Cæſar: Diuus Auguſtus, non autem Cæſar Auguſtus: Diuus Veſpaſianus, non autem Veſpaſianus Auguſtus; ita etiam Diuus Claudius, at non amplius Claudius Auguſtus. Atque obſeruatum eſt reliquos omnes diuos dictos fuiſſe ſolo proprio nomine adiuncto, quamobrem legendum eſt AGRIPPA, id eſt Agrippina AVGVSTA DIVI VXOR ſcilicet, quòd Diui vxorem alias fuiſſe ſignificabat. Hæc ita ſcribendi conſuetudo non apud Romanos ſolum, verum etiam penes Græcos extitit. Ita verò Octauianus etiam priuſquam Auguſtus foret nuncupatus, Cæſar Diui filius ſcribere conſueuerat, ſicuti marmoreæ inſcriptiones teſtātur, omniáque numiſmata ab eo conflata, atque Iulij Cæſaris filius intelligebatur. Claudij nomen quod in inſcriptione ſubſequens eſt, in Neronem potius, quam in Claudium referri debet; quoniam Nero ipſe in Claudiorum familiam receptus adoptantis patris nomen accepit, Claudiúſque dictus fuit, ſicuti Caius Cæſar infanti Neroni vaticinatus fuerat, cùm rogante eum Agrippina, vt nomen, quod ſibi videretur, imponeret, ipſe ad Claudium ſuum patruum conuerſus dixit per iocum quod ex ipſo nomen tribueret, vt aſſerit in vita Caij Suet. Adoptatus fuit Caio Antiſtio, Marcóque Suilio Coſs. qua de re ſcribit Suet. in Claudio. E generis Neronem adoptauit. & in alio loco. Adſciturus in nomen familiæ Neronem, quaſi parum reprehenderetur, quòd adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit, neminem tanquam per adoptionem familiæ Claudiæ inſertum: & Tacitus libro duodecimo ait; Cæterum actæ principi grates exquiſitiore in Domitium adulatione. Rogatáque lex, qua in familiam Claudiam, & nomen Neronis tranſiret. Augetur & Agrippina cognomento Auguſtæ. Atque cùm Auguſti nomen ita

ſcriptum reperiatur; Cæſar Diui filius, intelligebatúrque Cæſar Diui Iulij Cæſaris filius: ita & hic Claudius Diui Claudij filius intelligitur. quamquam non ita planè ſit explicatum, cùm antiqua ita ſcribendi conſuetudo extiterit.

## CORONA CIVICA
### NVMISMA V.

CORONA ex frondibus quercus compoſita, ſuperioris numiſmatis eſt pars aduerſa, quæ corona Senatus conſulto ex inſtituto Neroni dicata atque appenſa fuit primo ſui Imperij anno ſupra Palatij portam, in quo habitabant Imperatores, quæ Palatia idcirco dicebatur. Affigebatur hæc præterea in Capitolio ſupra templi Iouis Opt. Max. portam, quæ quotannis Cal. Ianuarij renouari ſolebat, vt commodius alibi explicabitur in noſtro de aduerſis partibus numiſmatum Cæſarum quodam libello, qui breui à nobis edetur in lucem. Hæc corona Ciuica etiam nuncupatur: quæ minime idcirco Imperatori concedebatur, quod aliquem ciuem Romanum ſeruaſſet in bello, ſicuti ante ſignificabat, verũ quia totam ſeruaſſet Rempub. atque hoc quoddam erat adulationis genus, quo demonſtrare volebant, Imperatorem optimum omnibus Romanis ciuibus ſalutem, incolumitatémque afferre. Fuit Auguſto antea hæc, cum inſcriptione dicata, qua declarabatur eum non Rempu. ſolum Romanam, ſed vniuerſum hominum genus ſeruaſſe, ſicuti teſtatur Plinius in eo capite vbi agitur de Coronis; & duo antiqua etiam ex argento Auguſti numiſmata à me conſpecta, declarant. Supradicta igitur de cauſa Ciuica corona in Neronis noui Imperatoris honorem affixa fuit, eadémque in aurea moneta impreſſa, vt literæ ipſæ teſtantur; IMP. NERONI CLAVD. DIVI F. Imperatori ſcilicet, Neroni Claudio Diui filio. Reliquæ literæ non ita ſunt impreſſæ, vt legi aut comprehendi poſſint; Hoc numiſma eſt penes Achillem Mapheum.

## CVRRVS ELEPHANTORVM,
### NVMISMA VI.

INITIVM à Diuo Auguſto ea conſuetudo accepit, vt maiorum memoria in ludis, pompiſque Circenſibus curru Elephantorum decoraretur: ſi quidem à Tiberio, Liuiáque Auguſti coniuge poſt ipſius mortem primum ſi extructus fuit, ſuper quo eius ſtatua aurea viſebatur, quæ vnà cum reli-



quis ſacris per diem feſtum circa Maximum circum ducebatur, quod vehiculum in numiſmate quodam æreo vnciali conſpicitur ad ipſius Diui memoriam conſtituto. Neque illi ſanè abſimile à Claudio Liuiæ Auguſtæ eius auiæ cuſum fuit, ſicut narrat Suetonius in vita ipſius Claudii. Caius Cæſar Caligula horum exemplo aliud in Druſillæ ſororis extinctæ memoriam cum ſtatua, in Hippodromo introducendum curauit: atque ex hoc numiſmate, quod aureum eſt pariter cum Claudij effigie in altera parte, facile coniectare licet, Neronem in Diui Claudij patris ſui honorem iuſſiſſe vt aliud conficeretur: quandoquidem Neronis mater æmulatione quadam Liuiam imitari voluit in defuncto marito honoribus afficiendo. Niſi tamen nos Neronem Agrippinámque credamus ob maiorem faſtum curaſſe vt ipſi ferrentur: quod ſanè facile accidiſſe potuit, tanta fuit eorum animorum elatio, quò ipſos ſublimis fortunæ magnificentia prouehebat. Hoc ex iis literis facile mihi perſuadeo, quæ circa numiſma leguntur; AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CÆSAR. Auguſti Diui ſcilicet, cum prima hæc pars in Agrippinam referatur, quæ vxorem ſignificat Diui Claudij, CLAVD. NERONIS CÆSAR. hanc aliam partem in Neronem referendam cenſeo, quæ Claudij Neronis Cæſaris ſignificat; ſcriptum fuiſſet in eo numiſmate CÆSARIS, verùm non ſatis eſt ſpatij in antiqua moneta, quandoquidem literæ maxime inter ſe ſunt propinquæ, elephantorúmq; capita attingunt: atque ob loci ipſius anguſtias neceſſe fuit artifici R. cum A. literam coniungere, niſi animalium capita offendere maluiſſet. Verum vtra harum rationum Neronem, Agrippinámque ad imprimendum vehiculum in numiſmate impulerit, nulla certa ſunt argumenta. Sceptrum illud, quod figura dextera ſuſtinet, erat magiſtratuum inſigne, prouinciarúmque Præfectorum, quod etiam triumphantes Imperatores manu geſtare conſueuerunt, dum ſuper triumphali curru veherentur. Mentionem fecit huiuſce ſceptri Diuus Iſidorus in libro Etymologiarum decimo octauo, his verbis vbi de triumphis loquitur. Scipionem cum ſceptro in manu gerebant ad imitationem victoriæ Scipionis, licet & Scipio baculus ſit quo homines innituntur, vnde & ille primus Cornelius Scipio appellatus eſt, quia in foro pater eius cæcus innixus eo ambulabat. Super autem Aquila ſuperſedebat ob indicium, quod per victoriam quaſi ad ſupernam magnitudinem accederet. Inde & colore rufo perlineabantur, quaſi imitarentur diuini ignis effigiem.

## NERONIS ET AGRIPPINÆ IMAGINES

### NVMISMA VII.

NVMISMA alterum extat cum duobus capitibus, atque cum inſcriptione; CÆS. AVG. GERM. IMP. TR. P. COS. PROC. id eſt, Cæſar Auguſtus Germanicus Imperator Tribunitia poteſtate Conſul (hic tantum corroſi ſpatij relinquitur, quantum duas literas capit) Proconſul. Sumpſit virilem togam Nero anno ſequenti poſt adoptionem, Claudio quintum, Sergióque Cornelio Orfito Conſulibus: illique conceſſum eſt vt vigeſimo ætatis ſuæ anno Conſulatum obtinere poſſet, cùm decimum quartum tunc ageret. Verum interim Proconſulare Imperium extra Vrbem illi deſignatur vti Cæſares habebant, Iuuentutíſque Princeps eſt appellatus, de quo ita ſcripſit Tacitus libro duodecimo; Ti. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito Coss. virilis toga Neroni maturata, quo capeſcendæ Reip. habilis videretur. Et Cæſar adulationibus Senatus ceſſit, vt viceſimo ætatis anno Conſulatum iniret: atque interim deſignatus Proconſulare Imperium extra Vrbem haberet ac Princeps iuuentutis appellaretur. Additum nomine eius donatiuum militi, Congiarium plebi; Et ludicro Circenſium, quod acquirendis vulgi ſtudijs edebatur, Britannicus in Prætexta, Nero triumphalium veſte tranſvecti ſunt. Sed neque illud ſanè prætermittere volui, quòd duæ imagines quæ ſuperſident vehiculo, fortaſſe Britannici ſunt prætextati, & Neronis triumphali veſte induti, quod per ſceperum demonſtratur, in ludis Circenſibus tranſvectorum, ſicuti ex ſuperioribus Taciti verbis elici poteſt; Et ludicro Circenſium, quod acquirendis vulgi ſtudijs edebatur, Britannicus in prætexta, Nero triumphalium veſte tranſvecti ſunt. Tertio poſt anno defuncto Claudio, Neronéque annum decimum ſeptimum agente, niſi fallitur Tacitus libro decimo tertio, hæc ipſa moneta impreſſa fuit; cuius habui exemplar ex aurea antiqua ab ampliſſimo Franciſco Medices Florentinæ Iuuentutis Principe: cuius pars auerſa ſequens eſt, vehiculum ab Elephantis tractum cum duabus ſtatuis, de quibus ſatis ſuperius.

Exorta deinde ſimultate inter matrem & filium, quòd illa paulo huic ſe præberet aſperiorem, dum omnia ab eo vel dicta, vel facta acrius inſectaretur, atque ipſi adeo ſenatui aduerſaretur, Patres ſtatuerunt, vt deinceps adſtaret abditis à tergo foribus velo diſcreta, quod viſum arceret, aditus non adimeret. His rebus ita commoueri ſe ſimulauit Nero, vt quò eam populo inuiſam faceret, dicere ſolitus ſit, ſe eius gratia Imperij adminiſtrationem eſſe depoſiturum, Rhodúmque abiturum. Enimverò omnem ea ratione prorſus autoritatem illi breui ademit, omníque poteſtate, & honore priuauit, ſemotíſque Germanis cuſtodibus, quos ſalutis ſuæ gratia circumhabebat (vt pote quæ tanquam Imperatoris vxor ſemper ſepta fuerit, ſepireturque cuſtodijs) eam contubernio quoque ac palatio fugauit, in domúmque Antoniæ ſuæ auiæ dimiſit, omnibus quibus poſſet, ſciétque rationibus illi moleſtias inferens. Cùm interea accuſata fuiſſet Agrippina, quòd contra Neronem moliretur, ita orationis ipſius aſtutia, calliditáſque valuit, vt ea abſoluta, accuſatoréſq; condemnati fuerint. Verum quoniam mulier eſſet natura iracunda, contumax, & ferox, Neroni ſemper minans, blandienſq; Britannico, cùm diceret ſe ita facturam, vt ad quem iure optimo perueniret, daretur Imperium, eáque de cauſa vndecunque poterat cumulans pecuniam, aurum, & argentum, Tribunos, Centuriones, Romanóſque patritios demulcens, tantum illi terroris incuſſit, vt quauis ratione eam de medio tollere conatus fuerit. Et cùm veneno ter tentaſſet, ſentirétque antidotis præmunitam, neque ferro viam tutam arbitraretur, lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem, laxata machina deciderent, parauit. Verum cùm hoc conſilium per conſcios parum celatum eſſet, ſolutilem nauem, cuius naufragio, vel tecti cameræ ruina multo plumbo onuſti omnes perirent, qui eſſent cum ea, Aniceto eius liberto, Claſſis apud Miſenum Præfecto, & pueritiæ eius educatore conſulente, commentus eſt: atque ita reconciliatione ſimulata, iucundiſſimis literis Baias eam euocauit ad ſolennia Quinquatrium ſimul celebranda, vbi eo tempore eſſe illi contigerat: datóque negotio trierarchis, qui liburnicam, qua aduecta erat, velut fortuito concurſu, confringerent, eam vt expectaret protraxit conuiuium. Repetentíque Baulos in locum corrupti nauigij, doloſum illud obtulit, hilariter etiam proſecutus in digreſſu papillas exoſculatur. Scribit Tacitus libro decimo quarto quòd cum ea inſidias cognouiſſet, ab Antio, vbi tunc erat, Baias in lectica iter habuit: Sed quoquo modo res ſe habeat, nauim ornatiſſimam, munitiſſimámque conſcendit, tanquam id quoque honori matris daretur, prorogatáque cœna in bonam noctis partem inter ſuauiſſimos ſermones, ægrè diſceſſit ab ea Nero ſimulatis lachrymis, hæc naui vecta eſt. Neque multum ſanè itineris ſpatium traiecerat cùm dato ſigno cameræ operimentum ob magnum plumbi pondus corruit, quod cùm nulla parte eam vitæ periculo offendiſſet, cùm minimè ſuper eam collapſum eſſet, nauis in alteram partem inclinata, & ſubmerſa eſt. Hæc cùm eſſet ignota, quanquam vulnus in humerum acceperat, ita natauit, vt non-

nullorum Lucrinorum beneficio ad ſuam villam peruenerit. Cùm filij inſidias hic perſenſiſſet, vulnerique medicamenta adhiberet, Neronem per Lucium Agerinum libertum facit certiorem benignitate Deum, & fortunæ euaſiſſe grauem caſum. Tum pauore exanimatus Nero, & iam iamque affore obteſtans vindictam, vel ſeruitia armaret, vel accenderet militem, vel facinus ad Senatum deferret, inops conſilij, neque quid ſibi agendum foret animo complectens Agerinum conijcit in vincula, gladiûmque intra pedes eius abiecit, eûmq; ab Agrippina miſſum ſimulauit vt eum interficeret. Mandauit præterea Aniceto vt mater clam obtruncaretur, rumórque diſſiparetur, quòd ea deprehenſi ſceleris pudore ſibi manum intuliſſet, ne de ea re quæſtio fieret. Anicetus Trierarchus igitur villam ſtatione circundat, refractis foribus ad cubiculum penetrat nonnullis ſeruis repulſis, qui reſiſtere conabantur. Seruabant, cubiculi aditum pauci homines, cum alij forent deterriti militum oſtia frangentium ſtrepitu. cubiculo inerat exiguum lumen, vnáque ancilla cum Agrippina cogitabunda, ac mœſta, quoniam nondum reuertiſſet Agerinus, quem ad Neronem miſerat: neque quiſquam acceſſerat ab eo miſſus. Verum cùm ſtrepitum percepiſſet, vitæ ſuæ finem aduentaſſe rata eſt, quæ cùm à ſerua etiam deſereretur, & tu me deſeris, ait. Ingreſſus eſt cum militibus interea Anicetus, quibus dixit Agrippina; ſi me viſendi gratia huc acceſſiſtis, me valere filio ſignificate: ſin occidendi; hoc minime ex eius ſententia crediderim. Milites thorum circumſiſtunt, primúſque Trierarchus fuſte caput eius percuſſit: tum Centurioni diſtricto enſe eam vulneraturo vterum protendens, eum feriendum eſſe exclamauit, quoniam monſtrum huiuſmodi geſtaſſet: quæ cùm lachrimaretur multis vulneribus conficitur. Scribit Suet. poſt eius mortem Neronem ad eam viſendam acceſſiſſe, omniáque eius membra tractaſſe, quorum formam nonnullorum laudabat, quædam carpebat, ac libidine quaſi commotus, ait; Neſciebam me tam pulchram matrem habere atque bibit etiam cùm id faceret. Eadem nocte concremata eſt: neque dum rebus potiretur Nero humo clauſa eſt; verum poſt ipſum à ſuis familiaribus leuem tumulum conſequitur propter Miſeni viam, Cæſariſque Dictatoris villam, quæ loca mare finitima pertingit. Accenſo rogo eius libertus Mneſter nomine, ferro ſibi mortem conſciuit, neque certum eſt dominæ amore, an timore exitij id fecerit. Multis ante annis Agrippinæ conſulenti ſuper Nerone nunciatum fuiſſe aiunt à Chaldæis, quòd genus id mortis eſſet perpeſſura, eam verò minime fuiſſe ſollicitam, quæ ſubſanans etiam dicere ſolebat, OCCIDAT, DVM IMPERET. Per-



ſpicuum eſt ſanè eam imperandi cupidiſſimam fuiſſe, qua etiam ſpe allecta cùm adhuc eſſet teneræ ætatis cum Lepido ſtuprum admiſit, Cum Pallante deinde Claudij Liberto, quo inepcias ſuas cum Imperatore promoueret, atque cum ipſo patruo poſtea ſuo, quò eam is in vxorem duceret. Quin etiam (à quo vel feræ naturæ inſtinctu abſtinere ſolent) concubuit cum filio, quòd eum ita delinire ſperabat, vt ſibi obtemperaret. Verum Dei Opt. Max. æquitas pro humanis operibus merita præmia denique tribuit. Sunt tamen qui Neronem id à matre cooptaſſe inquiant, qui Actis libertæ poſtea aſtutia, & Seneca propulſante à re deturbatus eſt. Memoriæ prodidit Suet. ab Agrippinæ obtrectatoribus ipſi diſſuaſum fuiſſe, quippe, qui vererentur ne nimium hoc genere gratiæ poſſet apud Imperatorem, iſque illi obſequi cogeretur, quoniam ferocem, ſuperbam, auaram, & intolerabilem, ac prorſus nimium potentem fœminam cognoſcerent. Atque Neronis animus clare ſanè patefactus fuit, poſtquam quandam meretricem, quam fama erat Agrippinæ eſſe ſimillimam, inter concubinas recepert. Olim etiam cum ſimul in lectica veherentur, Neronem ex deſiderio materni concubitus maſturbatum fuiſſe, ac maculis veſtis proditum, affirmant; atque inter alios Sextus Aurelius aſſerit, Neronem ſtupro matrem contaminaſſe. Poſt cædem, huiuſce malæ ſuæ ac nimiæ imperandi cupiditatis à Nerone accuſata fuit in Senatu, cùm diceret eam Imperij ſocium eſſe voluiſſe, ac regere, quàm regi maluiſſe, eámque in dedecus Senatus Populique Romani ſperauiſſe vt prætorianæ cohortes in eius verba iurarent, periculáque viris illuſtribus inſtruxiſſe, infenſam militibus patribúſque & plebi fuiſſe, cùm diſſuaſiſſet donatiuum & congiarium, tum quòd eam ipſe vix coërcere potuiſſet quo minus & nationes externas admitteret, vti volebat, continuò varijs criminibus aggrauans matris inuidiam. His rationibus, hiſque calumnijs auctore Burro (primis in adulatione Centurionibus Tribuniſque, quaſi diſcrimen improuiſum & matris facinus Nero euaſiſſet) commoti ſunt Senatores, vt natalem eius diem inter nefaſtos referendum cenſuerint, in quibus nihil facere licebat: præterea vt ſupplicationes apud omnia puluinaria decernerentur, vtque Quinquatria quibus apertæ eſſent inſidiæ in Cæſarem, ludis annuis celebrarentur, vt aureum Mineruæ ſimulacrum in Curia, & iuxta Principis imago ſtatueretur, tum alia etiam complura in eius vituperium decreta fuerunt, ſicut refert Tacitus libro Annalium quartodecimo.

Scelere igitur à Cæſare perfecto, ipſe ſæpius in nocte exterrebatur, & tanquam ab armatæ facibus Agrippinæ ſpecie agitabatur: atque reliquo

noctis tempore modo per ſilentium deſitus, ſæpius pauore exurgens, & mentis inops lucem operiebatur, tanquam exitum allaturam, & in proxima Campaniæ ora creditum eſt, ſonitum tubæ collibus circum editis, planctúſque tumulo matris ipſum audiuiſſe. Prodigia quoque crebra & irrita mortis ſuæ interceſſere, anguem enixa mulier, & alia in concubitu mariti fulmine exanimata eſt: iam ſol repente obſcuratus, & tactæ de cœlo quatuordecim vrbis regiones ſunt.

Fuit mulier aſtuta, inuidioſa, crudelis, animo feroci, auara, ſuperba, ac ſupra modum male imperandi cupida, odioſa, iniuriarum vltrix, ac ſcelerum magiſtra. Quod autem de ea dici poteſt honorificum, vrbana eius oratio fuit, eiúſque conſuetudo iucunda, multáque cum diligentia, tum elegantia vitam, fortunámque Agrippinæ matris ſuæ deſcripſit, maximéque ſtuduit, vt quam honorificentiſſima & honeſta eſſet eius familia, optimúmque virum filio ſuo magiſtrum dedit Annium Senecam. Aliena proſus ab ingenio fuit materno, auitóque, & proaui, atque amitarum; ſed Iuliæ auiæ maternæ perſimilis, quandoquidem ambæ parum honeſtæ fuerunt, & impudentes. Scribuntur hæc à Tacito libro duodecimo, tertiodecimo, & quartodecimo; libro quinquageſimo octauo à Dione, à Plut. in vita Galbæ, & à Suet. in Caio, Claudio, ac Nerone. Vnicum fuit exemplar ad hæc vſque tempora, quæ filia, ſoror, coniux, matérque Imperatorum fuerit: qua in re amplitudinem matris Simandri Ægyptiorum regis ſuperauit, quæ filia, coniux, & mater Regum fuerat, quamobrem tribus coronis decorata pingitur ab Ægyptijs.



XXVIII



195

IVLIA Druſilla ex Germanico Cæſare & Agrippina Maiore nata in Treuirorum regione anno circiter ſecundo poſt natum Caium Caligulam eius fratrem, quare ſcripſit Plinius, atteſtante etiam Suetonio in eiuſdem vita, aram olim fuiſſe in qua ſcriptum erat: OB AGRIPPINÆ PVERPERIVM, vbi forte etiam altera eiuſdem nominis edita eſt. Hæc ſicuti libro quinto declarat Tacitus cum adoleuiſſet ad nuptialem ætatem, in matrimonium tradita eſt à Tiberio auunculo Lucio Caſſio Longino Conſulari, Ser. Galba Lucióque Sylla Conſulibus; non tamen nupſit virgo, quoniam cum educaretur vna cum Caio fratre ſuo in Antoniæ auiæ ſuæ domo, ab ipſo prætextato adhuc ſtupratam fuiſſe aiunt, cum ab Antonia in concubitu eius quondam deprehenſa fuiſſet; à quo etiam mox Principe creato marito fuit abducta, & pro vxore propalam habita. Literarum monumentis tradidit Dion libro quinquageſimo octauo eam Marco Lepido Caij ipſius exoleto, aliarúmque duarum ſororum amatori nupſiſſe, quarum vnaquæque connubio pleno infra ſe viciſſim ab illo collocabatur, vxore forte orbante. His Caio ita iubente omnia Veſtalium Virginum priuilegia dignitatéſque Senatusconſulto conceſſa fuere, eáque cum eo proficiſcentibus currere à quatuor equis candidiſſimis tracto vehebantur, quod nunquam antea viſum fuerat.






## TRIVM SORORVM CAII SIMVLACRA

### NVMISMA PRIMVM.

INTERIM conflata fuerunt numiſmata vncialia ex pulcherrimo ære Corinthiaco mixto, quorum in altera parte Caij Imperatoris caput laurea coronatum viſebatur cum inſcriptione huiuſmodi: C. CÆSAR AVG. PON. MAX. TR. POT. ex altera Druſillæ erat ſtatua, aliarúmque ſororum in Dearum formam expreſſæ. Agrippinæ ſcilicet in formam Conſtantiæ; Druſillæ Concordiæ; Fortunæ Liuillæ, quæ & eadem Iulia. Inualuit tunc conſuetudo quædam, vt omni iuramento quod nunc iurarent Romani diceretur, neque me, neque filios meos cariores habeo, quàm Cæſarem & tres eius ſorores habeam. Itaque Conſules cùm quid deferrent ad Senatum, initio orationum ſuarum dicere ſolebant; quod fauſtum, fœlixque ſit Caio ſuiſque ſororibus. Verùm Druſilla præter cæteras ab eo maxime amabatur: ſiquidem vel ægerꝫ cam bonorum, atque Imperij hæredem inſtituit. Eadem defuncta, quod initio ipſius accidit Imperij, iuſtitium indixit: in quo riſiſſe, lauiſſe, tripudiaſſe, cœnaſſe cum parentibus, aut coniuge, liberiſve capitale fuit, ita vt plebeius quidam obierit nullo alio ſcelere, niſi quòd calidam aquam ea die vendidiſſet. Habita ab eius marito oratione ex vrbis inſtituto ludus qui Troia dicitur, circa illius ſepulchrum celebratur, omnes honores illi conceſſi, qui antea Liuiæ Auguſtæ: in Deorum numerum relata Panthea vocatur, eius imago aurea in Senatu deponitur, & in foro in templo Veneris ſtatua pari magnitudine Deæ collocatur, altare illius numini extruitur, vbi huic ſoli ſacrificaretur iis ipſis ceremonijs, quibus & Veneri ſacrificabatur. Edictum eſt præterea vt ciues, omneſque Deorum auxilio pro ſalute indigentes ad eam verterentur, votiuáſque imagines conſecrarent, haud aliter atque nunc Diuis miracula facientibus vouere conſueſcimus: Quin etiam cùm teſtarentur fœminæ, per Druſillæ nomen iurarent, atque in omnibus ciuitatibus diuinos honores conſecuta eſt. Neque puduit ſanè Senatorem quendam Liuium Geminum nomine iuraſſe ſe illius vidiſſe animam in cœlum volantem, ſéque inter Deos collocaſſe: ſibi filiiſque internecionem imprecatus niſi vera diceret. Ob huiuſmodi periurium prodigus Princeps viginti dragmarum myriades illi dono dedit, quæ ſi ad noſtram pecuniam referantur, viginti millia erunt coronatorum. Hæc ita inſtituta ſunt à Caio Cæſare. Is vero cùm magnum dolorem,

# DIVA DRVSILLA.

quem ex illius morte perceperat, ferre non poſſet, repente ex Vrbe noctu proficiſcitur, Campaniáque penetrans Syracuſas petijt, vbi nihil prorſus commoratus barba, capilliſque promiſſis Romam reuertit, vt natalem ſororis celebraret, ſecúmque Druſillæ ſtatuam aſportauit, quæ ſuper plauſtro ab elephantis tracto inuecta fuit in Hippodromum in ludos ac ſpectacula, quæ per biduum Populo edidit; atque primo eorum dierum præter equorum curſum cæſi ſunt vrſi quingenti; altero totidem feræ ex Africa aduectæ; pluribúſque in locis dimicarunt gladiatores; conuiuia Populo edita, Senatoribus, eorúmque coniugibus munera, Senatoribus ipſis etiam conuiuia exhibentibus: atque in eius honorem feſtum celebratum eſt Deæ Cybeles ſimillimum. Neque vnquam ſanè poſtea vel Populo, vel militibus præſentibus aliqua de re magni ponderis verba fecit, quin per Druſillam deierauerit, cuius memoria vſque adeo illi grata fuit, vt cùm puella ex Cæſonia ſua vxore naſceretur, eam nuncupauerit Druſillam. Cum poſtea tertio eſſet Conſul, diéſque natalis Druſillæ aduentaſſet, inſtitutum fuit, vt eadem in eius honorem fierent, quæ Diui Auguſti cauſa conſueuerant; atque eius ſtatua tunc in Orcheſtra fuit erecta. Reliquæ duæ ſorores haud ita à Caio amabantur, quas minoris fecit, quippe cùm vel exoletis ſuis illas aliquando proſtituerit. Inde verò effectum eſt, vt in Æmilij Lepidi accuſatione, qui contra ipſum coniurauerat, eas vt adulterij & inſidiarum aduerſus ſe conſcias condemnauerit. Nec ſolum chirographa, omnium requiſita fraude, ac ſtupro, diuulgauit, ſed & tres gladios, (duos ſcilicet, propter duas ſorores Agrippinam & Liuiam, tertium verò propter Æmilium Lepidum,) in necem ſuam præparatos, Marti Vltori, addito elogio, conſecrauit. Scribuntur hæc à Suetonio in vita Caij, & à Dione libro quinquageſimo octauo.



197






NASCITVR in Leſbo inſula Liuilla Germanici Cæſaris filia, nouiſſimúſque Agrippinæ partus Germanico ad res Orientis componendas proficiſcente. Eius nomina varia extiterunt, ſiquidem Liuia, Liuilla, & Iulia dicebatur; Liuia tamen fuit præcipuum eius nomen; Liuilla blanditiarum gratia; Iulia ex Liuia Auguſta, quæ Iulia etiam dicta eſt, & à Iuliorum familia, vt in eius vita conſcripſimus. Suetonius in Claudio eam Liuiam nuncupauit; at in Caij vita, Liuillam. Dion libro quinquageſimo ſeptimo & octauo ter Iuliam nominat. A Tacito libro ſecundo, & quinto Iulia dicitur, quæ tamen nomina eandem ſignificant. quippe cùm & Liuia Auguſta Iulia diceretur; & Iulia Druſi filia à Suet. in eodem loco nuncupetur Liuia. Quibus ex rebus exploratum eſt omnes Liuias Iulias dictas fuiſſe, & omnes Iulias Liuias. Conceſſit itaque Tiberius Imperator Liuillam poſt ſorores alias Marco Vinitio Quartino in matrimonium, viro Conſulari, quique tum ob eius virtutem, tum ob diuitias, plurimum poterat. de quo mentionem fecit Ioſephus libro vigeſimo nono Antiquitatum. Stuprauit eam Caius eius frater cùm rerum potitus eſſet, quamobrem ſuo marito illam eripuit, domique concubinam habuit: neque tamen ex animo eam dilexit, quamuis eos illi honores conceſſerit, quos explicauimus in vita Druſillæ, ita vt in aduerſis æreatum argentearum aureárúmque monetarum partibus eius imaginem cum reliquis ſororibus imprimendam curauerit, & in Deæ Fortunæ formam. Illam enim cinædis prædam reliquit, vt ſi cui libuiſſet, rem haberet cum ea, atque adulterij tandem condemnauit, & tanquam ab Æmilio Lepido in ſe factæ coniurationis conſciam: ea de cauſa in inſulam relegatur, vnde poſtea à Claudio Imperatore reuocatur, omniáque bona illi reſtituta, quæ à fratre Caio erepta fuerunt, quanquam non multo tempore interpoſito ob Meſſalinæ odium adulterij accuſata in exilium miſſa, & cæſa eſt, quòd eam minimè vt Imperatricem coleret, ac adularetur: atque cùm eſſet formoſiſſima, zelotypia quadam correpta, quippe cùm ſæpius verſaretur cum Claudio eius patruo, vt afferit Dion libro quinquageſimo octauo. Scribit tamen Suet. eam Claudij iuſſu extinctam eſſe nulla cognita cauſa, cui neque defenſionis locum quidem conceſſit, qui lege cæteris dari conſueuit.

# IVNIA CLAVDIA CAII CÆS.

VXOR PRIMA.






IVNIA CLAVDIA CAII CÆS.

VXOR PRIMA.

IVNIA Claudia, Claudilla à Suetonio nuncupata Marci Syllani viri nobiliſſimi filia, quique plurimum poſſet gratia apud Tiberium, Caio Cæſari nupſit poſtquam in Imperium aſſumptus eſſet, veruntamen breui prægnans naturæ conceſſit. Compulſus eſt eius pater à Caio Imperatore, vt ſibi ipſi nouacula iugulum abſcinderet, quoniam ſæpiſſimè inaurata pecus nuncupabatur, falſoque accuſatus fuerat, quòd ad Imperium aſpiraret, vt autor eſt Dion libro quinquageſimo octauo, Suetoniuſque in vita eiuſdem Caij.






NVPSIT Caio Calpurnio Piſoni primùm Liuia Oreſtilla, quam Dion Corneliam Oreſtinam nominauit. ad cuius officium quum veniſſet Caius Cæſar, ſtatim è conuiuio in Palatium ad ſe deduci imperauit. Proximo die matrimonium ſibi repertum exemplo Romuli, & Auguſti edixiſſe, tradunt. intráque paucos dies repudiatam, biennio poſt relegauit, quòd repetiſſe vſum prioris mariti tempore medio videbatur, vt in Caij vita teſtatur Suet. Proditum eſt à Dione libro quinquageſimo octauo ambos in exilium miſſos, cùm vereretur Caius ne redirent in amicitiam.






LOLLIA Paulina ex Marco Lollio Conſulari, & Lucij Voluſij ſorore naſcitur, cuius patruus Cotta fuit Meſſala. Cùm Caio Memmio Regulo, Conſulari, & exercitus Prouinciæ regenti nupta eſſet, facta mentione auiæ eius, vt quondam pulcherrimæ, ſubito ex prouincia à Caio Cæſare euocatur, ac perducta à marito ei coniungitur, vt ait Suet. Euſebius tradit hanc ex matrimonio Memmij perductam fuiſſe à Caio Cæſare cùm Memmius impulſus fuiſſet ſcribere vxorem ſuam non eſſe, ſed ſibi filiam, ne legibus repugnantibus eam videretur accepiſſe, in cuius domum magnas opes contulit. Scribit Plinius libro nono Naturalis hiſtoriæ capite 35. ſe vidiſſe Lolliam Paulinam Caij Principis vxorem in ſponſalium ceremoniarum cœna ſmaragdis margaritiſque opertam alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, monilibus, digitiſque: nec dona prodigi Principis illa fuerant, ſed auitæ opes, prouinciarum ſcilicet ſpolijs partæ. Verum-tamen cùm eius quoque breui pertæſum eſſet, illam repudiauit, cùm ſterilem eſſe diceret, prohibito cuiuſquam in perpetuum coitu. Sed extincto Caio, cùm poſt Meſſalinæ internecionem nouum matrimonium cuperet Claudius Imperator, à Calliſto liberto illi in vxorem proponitur: neque tantum valuit tamen huius gratia, quo minus Agrippinæ Claudij ipſius neptis ſimulatione vinceretur, à qua poſtmodum accuſata fuit, quod magica arte, diuinationéque Claudij nuptias expetiiſſet, omnia eius bona ſecuco in publicum redacta, ex Italia expellitur, nihilque ex ingentibus ipſius opibus conceditur præter quingenta ſeſtertia, ac breui à Tribuno quodam cæſa eſt, caputque eius Romam Agrippinæ allatum, quæ vt inſpiceret dentes, os manu aperuit, vti narrauit Tacitus libro duodecimo. Adeptus Imperium poſtea Nero eius cineres Romam conferri iuſſit, mandauitque vt ſepulchrum extrueretur, vt aſſerit idem libro decimo quarto. Hoc ipſum his fuſius videri licet apud Dionem, & penes Suet. in Claudio.

# CÆSONIA CAII CÆSARIS VXOR IIII. ET VLTIMA.






# CÆSONIA CAII CÆSARIS VXOR IIII. ET VLTIMA.

Milonia Cæſonia Pomponio Orfito patre, & Veſtilia matre genita, à Cæſio matris vtero cognomentum conſecuta eſt, ſicuti teſtatur Plinius libro hiſtoriarum ſeptimo. Erat hæc mulier neque forma inſignis, neque ætate integra, luxuriæ perditæ, atque conceperat ex alio viro tres filios, quam vbi C. Cæſar clam compreſſiſſet, ſtatim atque puellam concepit, quam Druſillam poſtea nominauit, grauidam duxit vxorem; vt, ſicuti is dicere conſueuerat, intra triginta dierum ſpatium filiam illi pareret: veluti ſcriptũ reliquit Dion libro quinquageſimo octauo. Ita ab ipſo C. Cæſare hæc amabatur, vt vel eam ſecum duceret ſæpius in caſtra, quæ chlamyde induta, peltataque more Amazonum, & galeata conſpecta fuerit, iuxta quam ipſe Cæſar equitare conſueuerat, quæ in militum omnium conſpectum procedebat, ac Cæſaris ipſius amicis vel nuda nonnunquam fuit oſtenſa: hoc ita literarum monumentis traditum eſt à Suet. Exiſtimabatur hæc poculum amatorium Cæſari dediſſe, vt illius animus in ſui amorem facilè conuerteretur, illumque veneficiis ad ſuum ipſius nutum cõpuliſſe creditur: quoniam is neque mente, neque corpore ſatis conualebat, quippe qui præter reliqua inſani hominis facinora, vel ſui ipſius numinis hanc vnà cum cæteris ſacerdotem elegerit. Statim verò atque C. Cæſar fuit interemptus, hæc etiam Caſſij Chereæ iuſſu à Lupo centurione, dum iuxta mariti cadauer ſanguine conſperſa illius calamitatem defleret, occiſa fuit, quoniam accuſaretur quod ipſius impulſu Cæſar tot cædes in ciuitate perpetraſſet: quanquam non deſint qui hanc illum adhortatam fuiſſe potius dicant, vt ab ea ſæuitia abſtineret, ne ciuium animos ad ſe interficiendum compelleret, ſed potius humanitate, & prudentia res publicas adminiſtraret. Nec defuerunt etiam qui dicant, eam coniurationem præſenſiſſe, illumque admonuiſſe, non eſſe cunctandum, quin coniuratos aliquo beneficio ſibi deuinciret, ac reconciliaret, cuius rei teſtis eſt Ioſephus Antiquitatum libro decimo nono.






# IVLIA DRVSILLA CÆSONIÆ FILIA.

NATA eſt Iulia Druſilla ex C. Cæſare Auguſto, atque ex Cæſonia vno ferè menſe exacto poſtea quàm Imperator Cæſoniam duxit vxorem. Hanc igitur natam Cæſar ad omnium deorum templa circumtulit, atque in Mineruæ gremio impoſuit, eámque deam precatus eſt, vt apud ipſam educaretur, & inſtrueretur. Neque alio ſane firmiore argumento hanc ſuam eſſe filiam credidit, quàm quod maximè eſſet ferox, & iracunda: nam ſæpius puerorum ſecum ludentium, & ora, & oculos infeſtis vnguibus petere ſolebat. Cum illiſa fuiſſet parieti, & percuſſa vnà cum matre fuit interfecta, vti teſtatur Suetonius in vita Caij Cæſaris.




XXXVI



NOBILISSIMA fuit Aemiliorum familia inter Romanos; neque ſolum, quòd ab Aemilio Mamerco cognomentum accepit, qui ter fuit Dictator, plurimũmque ob ſuam ſingularem, & humanitatem & facundiam, populo erat gratus, vt teſtatur Alexander ab Alex. lib. primo: Sed quia complures etiam viri inſignes ex hac familia extiterunt, de quibus ſæpius apud Ciceronem, Liuiũmque fit mentio, & apud Val. Max. libro tertio; atque apud Plut. etiam in vitis illos authores conſulendos cenſeo. Ex hac familia fuit Aemilia Lepida, quippe quæ L. Aemilij Pauli Cenſoris fuit filia, atque Iuliæ Auguſti neptis. Ducta fuit vxor à Tiberio Claudio, qui poſtea fuit Imperator, tunc ſanè admodum adoleſcenti, quæ tamen virgo ab ipſo repudiata fuit, cùm illius pater coniurationem quandam in ipſum Auguſtum conflaſſet, matérque iuiſſet in exilium, quoniam Cæſareum familiæ ſplendorem, domúmque Auguſtam contaminaſſet, cuius rei teſtis eſt Suet. in Claudio.






# LIVIA MEDVLLINA CLAVDII VXOR II.

LIVIA Medullina Camilla etiam cognomento dicta, quod ex eius Camilli ſanguine, qui Romanos à Gallorum furore liberauit, atque eo beneficio, vt ſecundus Romulus, patriæque conditor diceretur, meruit, qui etiam fuit Dictator, quatérque triumphauerat, originem duxit. Succeſſit Aemiliæ in Claudij matrimonium, cùm priuatus adhuc is eſſet ciuis, & prætextatus: verùm die nuptijs deſtinato valetudine correpta extincta eſt, vti aſſerit Suetonius in vita Claudij.

# PLAVTIA HERCVLANILLA CLAVDII VXOR III.






# PLAVTIA HERCVLANILLA CLAVDII VXOR III.

POST Medullinam, cum in priuata etiam viueret fortuna Claudius, ei nupſit Plautia Herculanilla, cuius pater triumphauerat: verum cum hæc illi Druſum, Claudiámque ſpuriam creditam peperiſſet, is ab ea diuertit, cum & minus honeſta videretur, & ob libidinum probra maxime turpis; quippe quæ etiam ex quodam ſuo liberto Botere nomine in vtero geſtare eſſet deprehenſa, tum etiam quia magna erat ſuſpicio quòd cuiuſdam homicidij fuiſſet conſcia; de qua ſcriptum reliquit Suet. vbi ſuperius diximus.






CLAVDIA Tiberij Claudij, Herculanillæque filia, verum vti fama eſt, Boteris eius liberti; & ſi vel quinque menſes prius orta eſt, quàm mater huius adulterij cauſa repudium paſſa eſt: Claudij iuſſu ad matris ianuam expoſita, & nuda eſt, vt autor eſt Suetonius in vita ipſius Claudij.

T ij






FVIT Ælia Petina ex Tuberonum familia, vti in principio libri duodecimi ſcripſit Tacitus, nata eſt ex Conſulari patre, nupſitque Claudio nondum Imperatori: quæ cum illi Antoniam peperiſſet vel ob minimas offenſas repudium paſſa eſt, ſicuti teſtatur Tranquillus in Claudij vita. Hæc poſtea occiſa Meſſalina cum per Narciſſum libertum Imperatoris Claudij matrimonium iterum peteret, in ea petitione ab Agrippina Claudij nepte victa, repulſam paſſa eſt. Nominatur hæc Petronia à Ioſepho libro vigeſimo Antiquitatum, qui quidem error eſt non mediocris, niſi corruptus ſit locus.






EX Claudio nondum Imperatore Æliáque Petina, nata eſt Antonia, deſponſatique primum Gn. Pompeio cognomento magno, qui ex magno Pompeio originem ducebat, poſtea Fauſto Syllæ nupſit, vt autor eſt Suetonius, vel vt placuit Tacito, Cornelio Syllæ: quorum vterque fuit nobiliſſimus. Poſt mortem Poppææ cum Neronis nuptias recuſaſſet, illius mandato fuit occiſa, cum is inſidias ab ea Imperio tendi ſimulaſſet, quam rem ſcriptam reliquit libro duodecimo, decimo tertio, ac decimo quinto Tacitus: ac Suet. etiam in vita Claudij & Neronis. Claudius eius pater, ſicuti ex illius nummo æreo ſemonciali penes nos intueri licet, Auguſtæ nomen illi indidit; quamuis minimè videatur nonnullis hæc eſſe filiæ imago, ſed matris potius: cum nullæ prorſus ſint literæ, quibus filia ſignificetur. Enimuero imaginis illius Antoniæ, quæ procul dubio Claudij fuit mater, ex illius & vultus & habitus differentia facile adducor vt credam hoc exemplum huius eſſe Antoniæ effigiem: idque tantò magis, quantò vni trium capitum magis eſt ſimile: quæ ſunt in Cornucopiæ ſequentis numiſmatis ſculpti in hac tabula, quæ eſt à tergo.






## DVO CORNVA COPIÆ, TRIAQVE CAPITA
### NVMISMA PRIMVM.

EX quinque filijs, quos habuit Claudius, Druſum ſcilicet, Claudiam, Antoniam, Octauiam, & Britannicum, triam vltimorum imagines ſtatim, cùm Imperium ſortitus eſt, in ære imprimi, formarique iuſſit, qui tunc etiam pubeſcebant: ex alijs duobus, hic Druſus ſcilicet piro quodam ſuffocatus eſt, quod cùm altè proieciſſet, per iocum ore patenti captare ſtudebat; at Claudiam minime ſuam filiam exiſtimabat, ſed ſpuriam, ex adulterióque natam, quam ſuper matris limine iuſſerat exponi. Hoc numiſma, ſicuti literæ ipſæ patefaciunt, quæ circumſcribuntur, minimè Romæ fuit impreſſum (ſic enim ſe habent literæ, COL. AA. P. quas ita legendas cenſeo; Colonia Auguſta Patrenſis) ſed in publico Patrarum ærario: ſunt verò Patræ Achaiæ ciuitas, quæ capta fuit à Marco Agrippa per id tempus, quo bellum geſtum eſt apud Actium ab Auguſto in Marcum Antonium, vti teſtatur Paterculus in poſteriore volumine, facta eſt deinde ab eodem Auguſto Colonia, ſicuti tradit Plin. libro Naturalis hiſtoriæ quarto, cap. 4. quod etiam ex nummo quodam æreo ipſius Auguſti intueri licet. Verum hoc planius fit ex antiqua quadam inſcriptione inuenta in Griſalco Firmiano, quæ ita ſe habet; IMP. CÆSAR AVGVSTVS PONTIFEX MAX. PATRENSI COLONIÆ DEDIT. Ea eſt Antoniæ imago, quæ in dextera parte ſita eſt cornucopiæ, illa verò, quæ in ſiniſtra collocatur, Octauiæ, at quæ inter has conſpicitur, Britannici: ita vt eorum temporum felicitas hoc pacto ſignificetur, quæ ſic etiam ex Antonij Pij numiſmatibus innoteſcit.

Britannicus Antoniæ frater patris nomine, natus vigeſimo die ex Meſſalina, poſtea quam Claudius electus fuit Imperator (vt in ipſius Claudij vita aſſerit Suetonius,) cùm prius Claudius, Tiberius Germanicus nominaretur, poſt deuictos Britannos ex patris ipſius cognomento dictus fuit Britannicus, vti memoriæ prodidit Euſebius in Chronicis: quod quarto eius Imperij fuit anno, quemadmodum Oroſius, ac Dion libro quinquageſimo octauo affirmant. Hunc Nero poſtea veneno aggreſſus eſt, vtpote qui timeret ne populi gratia ob patris illius memoriam præualeret, de quo Suet. in Nerone & Tacitus. Hoc numiſma ex ære Corinthiaco extat Brixiæ apud Andream Aueroldum, quod quidem ſemunciale eſt, & ex altera parte Claudij oſtendit imaginem.

# ANTONIA PETINÆ F.

## STATVA CLAVDII

### NVMISMA II.

In poſteriore numiſmatis parte vnà cum prædicta Antoniæ imagine, Claudij togata imago impreſſa eſt acerram tenens. quod effectum eſt ob ea fortaſſe ſacrificia, quæ cùm ſecundò nupſit, dijs immortalibus obtulit; ita verò ſe habet inſcriptio; TI. CLAVDIVS CÆSAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. De toga ſic literarum monumentis prodidit Diuus Iſidorus libro decimo nono Etymologiarum. Toga dicta eſt, quòd velamento ſui corpus tegat, atque operiat: eſt autem pallium purum, forma rotunda, & fuſiore, & quaſi inundante ſinu, & ſub dextro veniens, ſupra humerum ſiniſtrum ponitur, cuius ſimilitudinem in operimentis ſimulacrorum vel picturarum aſpicimus, eáſque ſtatuas togatas vocamus. toga autem Romani in pace vtebantur, belli verò tempore paludamentis. menſura togæ iuſtæ ſi ſex vlnas habeat &c. De Acerra, Pontifice maximo, Tribunicia poteſtate, déque Imperatoris nomine, ijs Commentarijs, quos in Cæſarum numiſmata meditamur, ſuo loco copioſius à nobis tractabitur.





Valerii, ſicuti in libro de Breuitate vitæ teſtatur Seneca, Meſſani primum cognomento dicebantur, à deuicta Meſſana ciuitate: poſt cum corruptum fuiſſet vocabulum Meſſali dicti ſunt, ex quo nomine ſicuti huiuſce familiæ viri Valerij Meſſali nominati fuerunt, ita mulieres dictæ Valeriæ Meſſalinæ. Ex hac familia extitit Valeria Meſſalina Barbati Meſſalæ Claudij Imperatoris conſobrini filia. Hæc poſt Æliam Petinam Claudij fuit vxor, cui duos filios peperit, alterum marem Britannicum, alteram fœminam Octauiam. Hæc cum eſſet Imperatoris vxor, omnium flagitiorum, ac ſcelerum ſingulare exemplum apparuit, quibus tamen vitijs nulla prorſus virtus commiſcebatur: verum & libidine, & auaritia omnes mulieres, quæ & ante illam, & poſtea fuerunt, & ad noſtra vſque tempora longe ſuperauit. Quod ad auaritiam pertinet, ita vel ſordidè cumulandæ pecuniæ ſtudio detinebatur, quam in adulteros poſtea profunderet: vt ſi quid eſſet aliquis ab Imperatore impetraturus, velut aliquem conſecuturus magiſtratum, vel legationē, vel vt alicui præeſſet exercitui, vel ciuis Romanus aſcriberetur, vel capitis damnatus abſolueretur, omnia facilè per pecuniam impetraret. Ita verò depreſſo, ſordidoq; fuit animo ob auaritiam, vt & ſe Imperatoris coniugem eſſe obliuiſceretur, & vel viliſſimum quodque mercaturæ genus exerceret eorum, quæ in vrbe venderentur: quod etiam illi incredibile odium comparauit, quoniam omnia maiori precio vendebantur. Et profectò quamuis eſſet eius dignitatis perſona, quæ eam artem ſe exercere non ſordidam arbitraretur, niſi tyrannus ſit, aut ignobilis: Neque ſanè minus conſpicuum fuit ſæuitiæ exemplar, quippe cum illuſtres fœminas, præſtantiſſimoſque viros vel leuiſſimis de cauſis interficiendos curauerit. Cauſa mortis fuit & Iuliæ Druſi filiæ ob zelotypiam, quia familiariter verſaretur cum Claudio, vt pote eius neptis: & Iuliæ Germanici filiæ, quæ cum formoſiſſima eſſet, à Marcoque Vinicio Quartino eius viro egregio amaretur, primum adulterij accuſata in exilium miſſa eſt, poſtea etiam interfecta: ob quam accuſationem exulauit etiam Anneus Seneca, Vinitius honeſtiſſ. iuuenis, tum Syllanus, qui præfuerat Hiſpaniæ, eiuſque matris Lepidæ maritus, quia mulieris huius libidini non paruerunt, de medio fuerunt ſublati. Ita verò fuit immodeſta, ac turpis, vt neque illi ſufficeret in Palatio cellam ſibi meretriciam paraſſe, verum etiam aliam viam excogitare voluit, ſi qua poſſet ratione aliquando ſuæ libidinis rabiem, ſingula-

rémq; ingluuiem explere; quandoquidem in rebus Venereis regiam quandam palmam, glorioſámque victoriam ſitam eſſe exiſtimabat. Conduxit igitur ad rei Venereæ experimentum omnium earum quæ in publico lupanari proſtitutæ erant, quandam celeberrimam meretricem: eóque mutatis veſtibus profecta, celláque conducta intra vnius noctis, diéique ſpatium quinto ac vigeſimo concubitu eam ſuperauit, vti Plinius teſtatur libro decimo cap. 63. cuius etiam mentionem fecit libro vigeſimonono cap. primo. Iuuenalis Satyra ſexta ita illius libidinem inſectatur.

Reſpice riuales diuorum: Claudius audi,
Quæ tulerit: dormire virum cum ſenſerat vxor,
Auſa Palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullos.
Linquebat comite ancilla non amplius vna.
Et nigrum flauo crinem abſcondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam atque ſuam: tum nuda papillis
Conſtitit auratis titulum mentita Lyciſcæ:
Oſtentátque tuum generoſe Britannice ventrem.
Excepit blanda intrantes, atque æra popoſcit.
Mox lenone ſuas iam dimittente puellas,
Triſtis abit, ſed quod potuit, tantum vltima cellam
Clauſit adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ;
Et laſſata viris, nondum ſatiata receſſit.
Obſcuriſque genis turpis, fumóque lucernæ
Fœda lupanaris, tulit ad puluinar odorem
Hippomanes, carménque loquar, coctúmque venenum,
Priuignóque datum? faciunt grauiora coactæ
Imperio ſexus: minimúmque libidine peccant.

Cogebat hæc etiam reliquas illuſtres fœminas eandem ſubire vitæ rationem, cùm earum compluribus viris inferri intra palatium iuberet, atque in ipſorum maritorum conſpectu, qui ab ea idcirco diuitias, honores, magiſtratúſque conſequebantur. Ita verò flagrabat libidine vt quicunque ei placuiſſet, is vel cum ea congredi cópelleretur, vel certæ obiiceretur morti. Sabinus præterea qui Celtis præfuerat C. Cæſaris Caligulæ temporibus, quòd congreſſus fuiſſet cum ea, à Claudio capitis damnatus, & à Senatu, illius opera liberatus fuit. Neque mihi ſanè ſilentio prætereunda videntur Sexti Aurelij Victoris verba, quò apertius cuiuſmodi fuerit Meſſalina in-



telligatur. Ita verò, is inquit, Claudij vxor Meſſalina primò clam, mox paſſim quaſi iure adulterij vtebatur: ex quo facto plures metu abſtinentes extincti ſunt. dehinc atrocius accenſa nobiliores quaſque nuptas, & virgines ſcortorum modo ſecum propoſuerat, coactiq; mares vt adeſſent. Quod ſi quis talia horruerat, adficto crimine in ipſum, omnémq; familiã ſæuiebat; vt magis videretur ſub Imperatore vir, quam Imperatori nupta eſſe. Cùm ſæpius Caius Silius formoſiſſimus iuuenis, gladiatórque eius complexum deuitaſſet, ac aufugiſſet, quamuis eum nunc blanditiis, nunc minis, nunc ingentibus pollicitationibus ſollicitaret; hæc vel ab ipſo Claudio precibus impetrauit, vt iuberetur iuuenis omnibus in rebus, quæcunque ipſi ab ea iniungerentur, obtemperare. Hic poſtea, tanquam ita iubente Imperatore, ſæpius cum ea concubuit, quam ob rem regium palatium, multáſque diuitias, & quæ precioſiora in cella veſtiaria Claudij reperirentur, ab ea dono accepit: fecit illi conflari præterea multas ſtatuas ex eo metallo, quo Caij Cæſaris imagines ſculptæ erant, cum fuſo Claudij iuſſu. Curauit etiam vt is deſignaretur Conſul, atque cùm multos honores ipſa à Senatu conſecuta eſſet, vt carpento vteretur, ſcilicet in Circenſibus, & alia huiuſmodi, nupſit ipſi C. Silio, Populóque vniuerſo inſpectante nuptias ſumptuoſas, magnificentiſſimáſque parauit, priuſquam Claudius quicquam ex his mulieris ſceleribus compeririſſet: ad quam rem non parum momenti, ac facilitatis ipſius Cæſaris ſimplicitas afferebat. Verùm quò res honeſtior haberetur, ita cum conſule pacta eſt, vt is, qui teſtari poſſet, ſecum adduceret, ſe hoc idcirco facere, vt aliquos ſuſciperet filios, cùm & ſacrificia, & ſcripta condidiſſet, & omnia ea peregiſſet, quæ in matrimonijs ſeruari conſueuerunt. Cùm igitur per id tempus Hoſtiam Claudius annonæ comprehendæ gratia, vel ſacrificiorum cauſa, vt nonnulli voluerunt, conceſſiſſet, à Calphurnia meretrice certior fit de hac re per literas, ita Narciſo liberto inſtituente; dum illa fuſis comis, thyrſúmque quatiens domi Vindemiæ ſimulachrum celebrabat, Siliúſque hedera coronatus, & cothurnatus caput in Meſſalinæ gremium deflexerat, chorus mulierum pellibus indutarum ſacrificantium Bacchantium inſanarum more circùm tripudiabat. Cognitis his rebus Claudius cùm dotem præſentibus aruſpicibus aſſignaſſet, curauit vt in hortis Lucullianis interficeretur ab Euodo Tribuno: qua mortua Senatus ita ſtatuit vt omnes imagines, & omnia ſtatuarum nomina, omnéſque eius tituli, ex publicis locis delerentur, ſicut etiam ex priuatis. Eius corpus matri conceſſum eſt. Tum ciuium multorum cædes ſecuta eſt, quorum nomina libro vndecimo recitantur à Tacito, quæ & libro quinquageſimo octauo teſtatus eſt Dion, ac Suetonius in Claudio.






FVit Octauia Claudij, Meſſalinæque filia, priuſque nata eſt, quàm eius patre Imperium adſciſceretur, quæ adhuc tenera ætate Lucio Syllano primùm nupſit, qui iuuenis tum ob multos triumphos tum etiam ob gladiatoria munera erat inſignis, pluriúmque ob ipſius magnificentiam à populo amabatur. Hæ nuptiæ cùm ita perſuadente Agrippina poſtea ſolutæ eſſent, Neroni nupſit Claudij priuigno, qui tunc ætatis ſuæ annum ſextum decimum agebat. atque ne frater vxorem ducere ſororem videretur, curauit Claudius, vt Octauia alterius familiæ fieret adoptiua. Tum verò ingens Romæ prodigium apparuit, nam cœlum eo die, quo nuptiæ ſiebant, totum ardere viſum eſt, ſicuti teſtatus eſt Dion libro quinquageſimo octauo, quod accidit Decio Iunio, & Quinto Aterio conſulibus. Poſtea interpoſito non multo temporis ſpatio cùm illius pertæſum eſſet, eam domo expulit, amicíſque reprehendentibus dicere conſueuerat, illi ſatis videri debere, quòd ea matrimonij dignitatem, nomenque obtineret, quódque tanquam ipſius vxor in dota incederet. Cùm verò ſæpius fruſtra expertus eſſet vt necaretur, quamuis honeſtè ea viueret, & ob patris nomen, & ob populi gratiam, qua plurimum pollebat, ſummæque erat auctoritatis, eam tanquam ſterilem amandauit, in Campaniámque pulſa eſt, addita militari cuſtodia. Verùm cùm facinus huiuſmodi, ac diuortium reprehenderetur à populo, atque ab ea malè is interea audiret, eam haud quaquam Nero pœnitentia flagitij reuocauit, quæ res magno cum populi applauſu, ac lætitia excepta eſt, omnibúſque Poppææ imaginibus proruptis, ac deiectis, Octauiæ ſtatuas paſſim erexerunt, & imagines, quas etiam per ciuitatem cum gaudio, & cantilenis geſtarunt humeris, ſparſerúntque flores, ac in foro & templis ſtatuerunt. Veruntamen cùm denuo blanditijs, figmentíſque Poppææ Nero accenſus eſſet, fecit vt ea accuſaretur adulterij, idque ita falsò atque cum tanta temeritate & audacia effectum eſt, vt teſtibus ab eo in iudicium prolatis affirmantibus illis ſe nullius ab ea perpetrati ſceleris eſſe conſcios, Anicetum ſuum libertum in medium per fraudem proferre non dubitauerit, qui ſe cum ea concubuiſſe teſtatus eſt: atque cum oblitus eſſet Nero ſe eam dimiſiſſe ſterilitatis cauſa, in Senatu accuſauit, quòd filios per adulterium conceptos abdidiſſet, ne turpes eius congreſſus eſſent manifeſti. Inter eos qui huiuſce accuſationis gratia examinati fuerunt, ita teſtata eſt quædam Octauiæ ancilla; caſtiora eſſe muliebria Octauiæ, quàm os Pop-

pææ. Sed cùm eam denique vigeſimum tunc ætatis ſuæ annum agentem in Pandatariam inſulam relegaſſet, poſt non multos dies curauit vt interficeretur. Miſerrimæ Centurio venas abſcidit, quæ, cùm ſanguis ob timorem firmatus non poſſet effluere, depoſita fuit in tepidis balneis, atque ita mortua eſt; cuius amputatum caput Romam ad Poppæam fuit delatum. Idem fuit infeliciſſimæ huic puellæ & nuptialis, & feneſtus dies; ſiquidem nihil præter dolorem, ac mœſtitiam in eius domum illatum eſt; nam cùm eius pater hauſto veneno extinctus eſſet, exiguo tempore interpoſito frater etiam veneno periit: quem ipſa mox domo Auguſta ob adulterij calumniam expulſa, ſubſecuta, vti ſuperius diximus interfecta eſt. quam rem ita eſſe teſtis eſt Tacitus libro decimo quarto, Suetoniúſque in vita Neronis & Claudij. Eius effigiem in quodam æreo ſemunciali numiſmate valdè ex antiquitate corrupto apud ſpectabilem virum Stephanum Magnum Venetijs conſperi, cuius exemplum hoc eſt.





## IMAGO OCTAVIÆ, NERONISQVE CÆSARIS, NVMISMA PRIMVM.

STATIM poſt matrimonium, ſicuti diximus, perfectum, Neronis & Octauiæ, qui ambo ſatis idonea erant ætate; atque per adoptionem in Claudiorum familiam Nerone aſſerto, in filiúmque adoptiuum à ſocero recepto, idcircóque appellato Cæſare, ſiue Principe iuuentutis, nam idem vtrunque nomen ſignificat: eorum imagines in æreis nummis ſunt impreſſæ, atque inter ſe in faciem conuerſæ, quibus concordia, eadémque vtriuſque voluntas ſignificabatur, ita verò ſe habent in circulo literæ; NERO CLAV. CÆS. AVG. IMPER. OCTAVIA AVGVST. F. videlicet Nero Claudius Cæſar Auguſti (intelligitur enim filius) Imperator. Octauia Auguſti filia; quod exemplar ab Achillino ego Bononiæ accepi: atque in alio meo numiſmate cum iiſdem imaginibus ita leguntur literæ; NERO CLAV. CÆS. IMPER. OCTAVIA AVG. F. Nero ſtatim atque Cæſaris nomen adſumpſit, Conſulare conſecutus eſt Imperium, ſicuti litterarum monumentis ſcriptum reliquit Tacitus, ita inquiens libro duodecimo; Ti. Claudio quintùm Seruio Cornelio Orfito Conſulibus, virilis toga Neroni maturata, quo capeſcendæ Reipu. habilis videretur, & Cæſar adulationibus Senatus ceſſit, vt vigeſimo ætatis anno conſulatum Nero iniret, atque interim deſignatus, Proconſulare Imperium extra vrbem haberet, ac Princeps Iuuentutis appellaretur. Imprimebantur ipſæ imagines ita, vt Neronis imago formam Solis haberet in ceruice, ac rurſus Octauiæ imago Lunæ: quod quidem ex filiorum Marci Antonij Cleopatræque exemplo effectum eſt, quorum alter ex maribus, Sol: altera ex fœminis Luna vocabatur; è cuius Antonij ſanguine per matris ſucceſſionem Claudius, atq. Nero orti fuerant. Poſterior numiſmatis pars caput habet Claudij vnà cum his literis; TI. CLAVDIVS CÆS. AVG. P. M. TR. P. IMP.

## NERONIS CÆSARIS IMAGO NVMISMA II.

ATQVE hæc etiam effigies eſt Neronis, ætatis ſuæ annum decimum ſextum agentis, ſicuti ſuperius dictum eſt in vita Agrippinæ illius matris: atque in poſteriore parte ſuperius dicti nummi inſcriptio eſt huiuſmodi in



circulum; NERO CLAVD. DRVSVS exiſtimo autem, ſicuti ex quorundam corruptarum literarum tenui veſtigio comprehendere licet, quòd reliquæ literæ, quæ ſequuntur, ita legantur; PRIN. IVVENTVTIS. quandoquidem in alijs ipſius numiſmatibus eum Druſum etiam vocatum eſſe comperio, ex Druſi Claudij Imperatoris patris cognomine.

## CORNVCOPIÆ CVM TRIBVS CAPITIBVS NVMISMA III.

IMPRESSA fuit etiam in nummis æreis Octauiæ adhuc puellæ effigies vnà cum filijs, qui Claudio relicti fuerunt, Antonia ſcilicet, & Britannicus: vti paulò antea dicebamus, cuius vetus numiſma ſeſtertiale ex ære Corinthiaco apud Io. Andream Aueroldum ciuem Brixienſem clariſſimum conſpicitur.

## AGRIPPINA SEXTA CLAVDII IMPERATORIS VXOR.

POST Meſſalinam Agrippina Claudio nupſit Imperatori, de qua antea verba fecimus.




XLVI.



SABINA Poppea, Sabinus Poppæus illuſtris memoriæ, à quo ipſa nomen ſumpſerat (nam patrem honoribus nondum functum amicitia Seiani peruertit) auus fuit, vir humilis ſanè fortunæ, veruntamen qui poſtea ob multas Principum amicitias ad altiores dignitatis gradus aſcenderat. nam cùm obtinuiſſet conſulatum, triumphauit de Thracis, ac omnes præſtantiores prouincias ſummo iudicio per viginti & quatuor annorum ſpatium gubernauit, quoniam rebus agendis maximè erat idoneus. Inter reliquas prouincias Macedoniæ præfuit Imperante Tiberio; obiitque Conſulibus C. Ceſtio & M. Seruilio, vti ſcripſit Tacitus in Auguſtæ hiſtoriæ libro quarto, quinto & decimotertio. Eius pater fuit Titus Ollius, qui Quæſturam geſſerat, & ob amicitiam Seiani pluribus honoribus functus fuerat, materque Sabina Poppæa mulier impudica ſanè & ſceleſta: quippe quæ cùm accuſata adulterij fuiſſet, carcerem timens, ſibi ipſi mortem conſciuerit. Eadem Poppæa mater ætatis ſuæ fœminas pulchritudine antecellens, gloriam pariter & formam filiç dederat. Hęc enim cùm ageret in matrimonio Ruffi Criſpi Equitis Romani, ex quo filium Ruffum Criſpium genuerat, à Nerone abducta & in cuſtodiâ data fuit apud Othonem amicum, donec Octauia eius vxor ex palatio ejceretur. Verùm hic Otho cùm eam ante oculos aſſiduè haberet, illius amore capitur, quoniam pręter egregiam formam erat etiam perblanda. Quamobrem nec mora quin adulterio matrimonium iungeretur, & quia flagrantiſſimus vt pote pellectus iuuentute ac luxu in amicitia Neronis habebatur, ſiue amore incautus laudare conſueuerat formam elegantiámque vxoris apud Principem: ſiue vt accenderet, quia ſi eadem fœmina poterentur, id quoque vinculum potentiam ei adiiceret, ſępe auditus eſt conſurgens è conuiuio Cæſaris ire ad illam, ſibi conceſſam dictitans nobilitatem, pulchritudinem, vota omnium, & gaudia felicium. His atque talibus irritamentis, non longa cunctatio interponitur. Sed accepto aditu Poppæa ad Neronem, primùm per blandimenta & artes valuit, imparem cupidini ſe, & formę Neronis captam ſimulans, donec ab amore principis ad ſuperbiam verſa, dictitauit ſe nuptam eſſe Neroni, ſi vltra vnam alterámve noctem ab eo retineretur, nec poſſe matrimonium amittere, deuinctam Othoni per genus vitę, quod nemo adęquaret. Quapropter ea ſemper Othoni deſiderio patebat, ſiue id ex huius familiaritate accideret, qua plurimùm illa delectabatur, ſiue quia pręter ſuam ipſius voluntatem ad Cæſaris nuptias vocaretur, dictitans Neronem pellice ancilla & aſſuetudine Actes deuinctum nihil è contubernio ſeruili, niſi abie-

ctum, & ſordidum traxiſſe, at vero Othonem animo & cultu magnificum, quem ſumma fortuna dignum iudicaret: quod quidem longe à veritate ſeiunctum eſſe mihi videretur, niſi principis immanitas & ſæuitia in amicos, affines, conſanguineos, & vxorem comperta, id in animum illi induxiſſent: quandoquidem cauſa extitit, vt ad hoc matrimonium peruenire poſſet, non ſolum vt is vxorem interfecerit, verum etiam matrem, quæ Neroni etiam per iocum ſæpius obiicere ſolebat illum adhuc pupillum eſſe: atque ſuam contra nobilitatem fœcunditatem extolleret. Illud autem minime eſt obſcurum, quòd vbi Cæſar poſt matrimonium cum Othone, ad eam viſendam eſſet profectus, illi obiecit hoſtium claudens, ſicuti teſtatur Plutarchus in Othonis vita. At Nero non facile perferebat alium potiri formoſa muliere à ſe acquiſita, quandoquidem ne Othonem in vrbe haberet æmulum, in prouinciam Luſitaniæ miſit eum legatum, vt ex illius conſpectu hac occaſione is eriperetur. Ita vero hoc rumore repleta eſt Roma, vt diſticon vulgatum fuerit, quod ita canebatur

Cur Otho mentito ſit quæritis exul honore?
Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ.

Huic prorſus mulieri cuncta alia fuerunt, præter honeſtum animum: Opes ſplendori generis ſufficiebant, Sermo comis, nec abſurdũ ingenium modeſtiam præferre: eratque laſciua, prudens, magnifica, & in erogandis pecuniis liberalis. Maximè delicatiſſimis aptiſſimiſque equis delectabatur: quorum pedes non ferro quidem, at puriſſimo optimóque auro armari volebat, ſicuti Plinius teſtatur libro vigeſimo tertio. Habebat hæc etiam lectiſternia ex argento ſculpta; atque eam quocunque proficiſceretur, quingentæ aſinæ, quæ nuper peperiſſent ſequebantur, quarum lacte pinguiſſimo cùm ſolita balneorum vaſa repleuiſſet, totum corpus macerare conſueuerat, vt eius pellis ita diſtenta fieret candidior, mollior, ac magis nitida, ſicuti literarum monumentis reliquit Plinius libro vndecimo. Ex huiuſce nomine vnguenta exiſtimant nominata fuiſſe Poppæana à Iuuenale in Satyra ſexta, vbi ita ſcribit;

—— ridendáque multo
Pane tumet facies, aut pinguia Poppæana
Spirat, & hinc miſeri viſcantur labra mariti.

Famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros minime diſtinguens, vnde vtilitas oſtenderetur, illuc libidinem transferebat, modeſtiam tamen præ ſe ferebat, & laſciuia vtebatur. rarus in publicum egreſſus: idque velata parte oris, ne ſatiaret aſpectum, vel quia ſic decebat, vti ſcripſit Tacitus





libro decimo tertio. Capillos habebat flaui coloris, quod nomen ab ipſius marito Nerone conſecuti fuerunt, velut teſtis eſt Plinius libro trigeſimo ſeptimo. quòd ad reliquam attinet formam, habuit lineamenta huic numiſmatis imagini ſimillima, quod quidem ex quodam vetuſtiſſimo albi æris exemplari depromptum eſt: cuius poſterior pars eſt Neronis effigies laureata, quam mihi huius antiquitatum generis ſtudioſiſſimus Andreas Lauredanus Patricius Venetus conceſſit. Cùm Poppæa denique non per multum temporis ſpatium Neronis fuiſſet vxor, à quo ad hoc Auguſtæ cognomentum aſſumpta eſt, ſicuti teſtatur Tacitus libro decimo quinto, mortem obiit fortuita mariti iracundia: hæc enim refertur cauſa extitiſſe illius mortis, quòd cùm Nero à Quinquennalibus certaminibus ſerò domum rediſſet, idcircòque eum illa obiurgaſſet, ictu calcis ab ipſo percutitur, cum neque coronam ob facundiæ victoriam, neque aurigandi, neque citharizandi honorem conſecutus fuiſſet. Huius interitu vt palam triſtis videbatur, ita occultè lætatus eſt populus, tum ob mulieris impudentiam, tum etiam ob ſæuitiam in Romanos ciues, vti narrat Tacitus libro decimo ſexto. Huiuſmodi vitæ ſuæ finem Poppæa conſecuta eſt, quæ nullo pacto quo minus ex acri Neronis feritate interficeretur, effugere potuit. Eius corpus non igni concrematum vt mos eſt Romanus, ſed ex Regum externorum conſuetudine, compluribus ſuauiſſimis odoribus repletum. Inde verò effectum eſt, vt nonnulli eam veneno occidiſſe ſint arbitrati; ne cor quod ardere non potuiſſet, nullum ſceleſtæ actionis dediſſet indicium. Enimuero ſcribunt hiſtorici Neronem magnum dolorem præ ſe tuliſſe, nam ex iis honoribus, quibus eam decorauit, vel quiuis facile comprehendere potuit, quantopere eius mors illi diſplicuit: cùm præſertim ipſe ſe ipſum accuſaret, atque illam ſplendidiſſima ornatiſſimáque oratione pro Roſtris laudauerit, & in primis pulchritudinis gratia. cùm ex ea (veluti viſum eſt Suetonio) Claudiam quintum iam menſem agentem Auguſtámque mox vocatam, ſuſcepiſſet. Illius cadauer in familiæ Iuliorum tumulo deponitur, atque publicis exequiis honorificentiſſimè deportatur. Verum poſt Neronis mortem illius imagines, & ſtatuæ perfractæ deiectæque fuerunt, quæ tamen denuo ab Othone ex Senatus conſulto eriguntur; ſicuti decimo ſeptimo libro teſtantur Taciti annales; cuiuſce rei mentionem fecit Ioſephus etiam libro vigeſimo Antiquitatum, ac decimo octauo, & Plutarchus in vita Galbæ.




XLVII



ANNO conſulatus Memmij Reguli & Virginij Ruffi nata eſt Claudia Poppæa ex Nerone Imperatore & Poppæa Sabina, ob quam filiam Cæſar plus ſatis gaudij accepit: mox appellata fuit Auguſta. Locus puerperij Colonia Antium vbi generata fuerat. At cùm iam Senatus vterum Poppææ diis commendaſſet, votáque publicè ſuſcepiſſet, atque multiplicata exolutaque ſolent, & adiectæ ſupplicationes, templum quoque Fœcunditati, & certamen exemplo Atticæ religionis decernit, Fortunarúmque imagines aureas in ſolio Capitolini Iouis Nero pater collocari iuſſit. & ludicrum prætereà Circenſe, vt Iuliæ genti apud Bouillas, ita Claudiæ Domitiæque apud Antium edere voluit, quæ omnia fluxa fuere, quoniam infans intra quartum menſem, ſiue quintum vt nonnulli tradunt, defuncta eſt, non ſine immodico patris mœrore. Quippe rurſus exortæ ſunt patrum in Auguſtam adulationes. Hi enim decernendum cenſuerant honorem diuæ, & puluinar ædémque, & altaria, & ſacerdotem, vtque in rebus publicis priuatiſque Romani per nomen Diuæ Poppææ iurarent, ſicuti per diui Auguſti & per diui Iulij acta iurare conſueuerant. quarum rerum teſtes ſunt Tranquillus in Nerone, & Tacitus libro decimo quinto, & decimo ſexto.






STATILIA Meſſalina abneptis Tauri Statilij, qui bis conſulatum adeptus eſt, ac triumphauit, Romæque amphitheatrum extruxit: atque illius Tauri Statilij ſoror, vt arbitrantur nonnulli, qui accuſatus fuit ab Agrippina, atque eò redactus vt ſeipſum interficeret, vt opes eius & amœniſſimos hortos ipſa occuparet; cùm prius Neronis fuiſſet amica, Attico Veſtino nupſit eius item adultero, qui hac ipſa de cauſa cùm adhuc eſſet conſul, Neronis iuſſu trucidatur, quoniam eam vxorem Nero cupiebat. Cùm poſtea mortuus fuiſſet Nero poſt Galbæ internecionem bello inter Othonianos, ac Vitellios flagrante, illa ipſum Othonem maritum ſibi aſciſcere decreuerat, ſi modò victor ex eo certamine euaſiſſet. Verùm cùm Otho vel mori potius, quàm bella ciuilia, eligeret; ſuos cineres illi commendauit, vt teſtatus eſt Suet. in Neronis vita, ac ipſius etiam Othonis.






NVLLI dubium eſt quin Mummia Achaia ex ſanguine nobiliſſimo fuerit orta, illuſtrique domo, ac valde antiqua: quandoquidem ex Paſiphae Minois vxore originem duxit, vt in Galba ſcribit Suet. Siliúſque Italicus libro rerum Punicarum ſexto, qui etiam ita ſcriptum reliquit de quodam ex Galbarum familia.

Ductorem magno ſpectabat nomine Galbam.
Huic genus orditur Minos, inuiſaque Tauro
Paſiphae.

Fuitque neptis Q. Catuli Capitolini, Luciique Mummij cognomento Achaici proneptis, qui eximiam Corinthi ciuitatem ceperat, ipſi populatus eſt, funditúſque euertit. Eius maritus Seru. Sulpitius Galba fuit: ex quo Caium, & Sergium Imperatorem genuit, ex quibus maior natu Caius omnes ſuas facultates prodidit, Românque diſceſſit, ac inedia mortuus eſt, quoniam illi impedimento fuit Tiberius quo minus ei præeſſet prouinciæ, quæ illi ſorte contigerat, velut literarum monumentis traditum eſt à Tranquillo in Galba.






LEPIDA vnica fuit Galbæ vxor, cùm priuata is viueret fortuna, ex quo duos peperit filios, quo tempore Agrippina Germanici filia viduata morte Domitij ita eum omnibus ſollicitauerat modis, vt Lepida repudiaretur, ipſaque in eius locum vxor à Galba duceretur, vt in conuentu matronarum correpta iurgio, atque etiam manu pulſata ſit à matre Lepidæ. Neque vnquam ſanè poſt Lepidæ mortem ceſſauit, ſed eum fruſtra ſollicitauit, veluti narrat Suet. in Galba. Nec deſunt qui hanc Neronis amitam fuiſſe ſcripſerint, de qua neque illud ſilentio prætermittendum exiſtimo, quod ſcribitur à Tacito libro duodecimo. Lepida (ait ille) ex Antonia maiore nata, mulier fuit impudica, infamis, vinoque dedita, quæ cùm gratia præſtare contenderet cum Agrippina apud Neronem nuper ad Principatus ſucceſſionem deſignatum, ab Agrippina accuſata fuit quia veneficiis Claudij Imperatoris coniugium expetiſſet, in Meſſapia ſeruos coegiſſet, exercitúmque congregaſſet, Italiæque pacem ſubuertiſſet. Quare capitis condemnata fuit: (Dij faxint vt quicunque ſimilia aggrediuntur, hoc ipſum patiantur ſupplicium) ſed Narciſſus libertus ad eam defendendam ſe fortiter, ſtudiaſque conuertit. Scriptum eſt à Suetonio in Nerone, eam idcirco accuſatam fuiſſe, quia cum ſuo fratre concubuiſſet, verum Tiberij mortem fuiſſe impedimento quo minus eius facta ſit inquiſitio.






ALBIA Terentia valde ſplendida, ac Illuſtris mulier Othonis fuit vxor, ex quo duos filios peperit Lucium Titianum, ac minorem natu Marcum prænomine. Habuit quandam filiam, quæ nondum nubilis Druſo Germanici filio deſponſata fuit, vti teſtatur Suetonius in Othonis vita.






SEXTILIA honeſtiſſimis, optimiſque moribus mulier, ac domus ſatis illuſtris Lucio Vitellio nupſit, qui ter Conſulatum geſſerat, & Cenſuram: qui & inſignis erat, & celeberrimus ob eam adulationem, qua in principes vtebatur. Huic ea duos filios peperit, Aulum ſcilicet, & Lucium, cùm verò intellexiſſet Aulum in caſtra profectum, eique per literas ſignificatum fuiſſet Imperatorem illum ſalutatum, Germanicùmque à militibus nuncupatum, ægrè rem ſanè tulit, magnoperéque doluit cùm ſe minime Germanicum, ſed Vitellium peperiſſe diceret. neque tamen hoc ita accidit, quia filium odio proſequeretur, verum quoniam cùm is natus eſſet, multa mala ſibi ex eo filio imminere nunciatum fuerat à Genethliacis. timebat futura, neque præſentibus tamen interim fidebat, idque cognoſcebat ipſius perniciem denique eſſe futurum, ſicuti teſtatur Suet. in Vitellio. Cùm Romam igitur ingreſſus eſſet Vitellius magno cum faſtu, atque cum armis, tum reliquis omnibus munitiſſimo, ac ornatiſſimo in Capitolium conſcendit in templum Iouis Opt. Max. vbi obuius factus Sextiliæ, perbenigne eam complexus Auguſtæ nomine decorauit: quod teſtatur Tacitus libro duo deuigeſimo. Quin etiam ex Senatus conſulto mater Senatus, materque Patriæ appellatur: cuius ſtatuæ ad eius imaginem erectæ, in baſe hæc inſcripta legebantur; MATRI AVGVSTÆ (ſiue Auguſti) MATRI SENATVS MATRI PATRIÆ. quæ in nummis quibuſdam pariter æreis impreſſa fuit: atque in iis hæc fuerant inſcripta; MAT. AVG. MAT. SENAT. MAT. PATR. S. C. illius autem exemplar in præſenti tabula collocauimus, cuius in poſteriore parte Vitellij Imperatoris imago conſpiciebatur cum his literis; A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P. ſicuti teſtatur quoddam numiſma vnciale peruetus, quod ego vidi, quamuis tempore valdè attritum. Mortua eſt Sextilia paulo ante Vitelliorum familiæ euerſionem, cùm peruetus eſſet ætate: neque aliud ex Imperio filij conſecuta eſt, quàm luctum, bonúmque nomen apud omnes, veluti idem Tacitus aſſerit libro ſuperius à me dicto. Nonnullam obtinuit vulgò ſuſpicionem, vti ſcripſit Suet. quod maternæ mortis autor extiterit Vitellius Imperator, quia iuſſiſſet ne ægrotanti mulieri cibus daretur: quoniam ex muliere quadam Catta nomine, audiuerat ſuum Imperium tum demum firmum eſſe futurum, ipſúmque diu eſſe regnaturum ſi vixiſſet poſt matrem; quanquam non defuerunt, qui eam rerum præſentium ſatietate captam dicant, futuráque timentem impetraſſe à filio, vt liceret ſibi venenum bibere.





PETRONIA conſularis hominis filia ex Vitellio eius marito, qui tunc etiam priuatè viuebat, vnum habuit filium altero oculo cæcum, quem nominauit Petronium. nupſit Cornelio Dolabellæ Vitellianarum partium duci, cum diuortium inter eam accidiſſet & Vitellium, vti ſcripſit libro decimo octauo Tacitus. teſtamentum condidit, Petroniúmque inſtituit hæredem, ita tamen vt procuraret, vt à paterno iure liberaretur, quare emancipatus fuit à Vitellio. Quinetiam pauco temporis ſpatio interfectus putatur, quoniam accuſatus eſt, quòd paternam mortem inquireret, vt autor eſt Suet. in ipſius Vitellij vita.






NASCITVR Nurſiæ Veſpaſia Polla, ex illuſtri familia, cuius pater Veſpaſius Pollio ter militum Tribunus fuerat, præfectúſque caſtrorum. Extat locus editus in monte ſummo non plus diſtans ab ipſa ciuitate ſex millibus paſſuum, in ea via, quæ fert Spoletum, qui Veſpaſiæ ex eius familiæ nomine dicebatur: vbi complura eius gentis monumenta fuerunt, quod præclarum eſt ſplendoris familiæ, antiquitatiſque indicium: præter id, quòd mentionem etiam facit Suet. in Veſpaſiano.

## FLAVIA DOMITILLA VESPASIANI VXOR.






## FLAVIA DOMITILLA VESPASIANI VXOR.

Flavia Domitilla Flauij Liberalis filia fuit, nati in Ferentino Latij oppido, quiſquid ſolum obtinuerat vt Quæſtoria fuiſſet ſcriba. cum eſſet igitur adhuc puella ex Africa delegatur Statilio Capellæ Romano equiti Tabraceno, tanquam obſes, ac pignus, ob grandem pecuniam, quæ ipſi à Domitillæ patre debebatur. ab eodem Statilio in Africa miſſa fuit Romam æris alieni ſub crediti nomine, addita apud amicum vt aſſeraretur: tanquam latina mulier priuilegiorum beneficio ex lege Ælia Sentia, libertina videlicet, vt nonnulli tradunt, atque inter alios Sextus Aurelius. Præterea cum patris cauſa coram iudicibus recuperatoribus nuncupatis agitata fuiſſet, cognoſcitur ingenua, ac Romana ciuis. nupſit poſtea Flauio Veſpaſiano, cui Titum, Domitianum, Domitillamque peperit, atque mortua eſt cum priuatus adhuc eſſet eius maritus.

Fuit & alia, Flauia Domitilla pariter nominata, ex vxoris affinitate, Flauij Clementis Veſpaſiani fratris nepos, à Domitiano poſtea Imperatore in Pandateriam inſulam relegata, vt autor eſt Suet. ac Dion. Deinde quia ſe chriſtianam eſſe profitebatur morte etiam mulctata vnà cum multis alijs, vt in Cleti Pontificis vita ſcriptum reliquit Platina, Euſebiuſque in Chronicis, ac ſacræ hiſtoriæ libro tertio.






DOMITILLA ex Flauia Domitilla nata, ac Veſpaſiano: Eo tempore mortua eſt, quo pater eius adhuc erat priuatus, vt teſtatur Suet. in vita ipſius Veſpaſiani. ad perpetuam huius mulieris memoriam ac honorem poſtea à Tito eius fratre Imperatore ex Senatus conſulto P. Q. Romani iuſſu inſtitutum eſt, vt Carpentum, in pompis Circenſibus à mulis traheretur, in quo eius ſtatua conſpiciebatur ſuperius dictarum mulierum exemplo. Hoc facilè intueri licet ex multis æreis numiſmatibus, quæ apud multos reperiuntur, atque apud Reuerendiſſ. præcipuè Patriarcham Grimanum, Alexandrúmque Contarenum, in quibus hoc reperi exemplar, cuius in altera parte eſt carpentum, ita vt hic conſpicitur formatum, in altera loco Domitillæ effigies in medio hæ literæ viſuntur. S. C. atque in circulum; T. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. P. P. VIII. 1447. Hæc ipſa etiam inter Dearum numerum conſecrata eſt, ſicuti ex Statij Papinij carminibus patet, vbi ita de Domitiani Equo ſcribit.

Cum ſuperis terrena placent, tua turba relicto
Labetur cœlo, miſcebitque oſcula iuſta:
Ibit in amplexus natus, fratérque patérque,
Et ſoror.






CVm priuata fortuna uteretur Titus Veſpaſiani filius, nupſit ei Arricidia Tertulli Equitis Romani filia, qui fuerat Præfectus quondam pretorianarum cohortium: quæ abſque liberis deceſſit, de qua mentionem facit Suetonius in Titi vita.






MORTVA Arricidia Tito priuato adhuc eius nupſit Martia Fuluia illuſtris familiæ, quæ cum illi Iuliam peperiſſet, ab eo repudiata fuit, ſicuti literarum monumentis tradidit Suetonius in ipſius Titi vita.






EX Martia Fuluia, Titóque cùm adhuc eſſet priuatus, nata eſt Iulia, quæ ſtatim atque ad idoneam ætatem peruenit, vt Domitiano nuberet pater ſummo ſtudio curauit: verùm cum is minimè eam ducere voluiſſet per id tempus, quanquam eſſet virgo, quoniam Domitiæ amore detineretur, eámque vxorem cepiſſet, Sabino nupſit, cum ipſo tamen poſtea Domitiano congreſſa eſt, atque eo ipſo tempore, quo viuebat adhuc Titus, vt ſcriptum reliquit Suet. in Domitiano. Tum eam patruus marito abduxit, quem paulò poſt interficiendum curauit, vt eius matrimonio potiretur: hoc ita ſcribit Philoſtratus, verum Suet. in loco ſuperius à me citato, eius inquit, cùm patre maritóque priuata fuiſſet, Domitianum inſano quodam amoris impetu captum, ac agitatum fuiſſe, idque palam, ita vt illi mortis autor extiterit, cùm eam abortiuum abiicere perſuaſerit: de qua ita teſtatur Iuuenalis.

Cùm tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam
Solueret, & patruo ſimiles effunderet offas.

Cùm inceſtum commiſiſſet cum patruo, vbi eſſet adhuc vidua, credita eſt eo tempore ex Domitiano in vtero geſtare.






## VESTA NVMISMA PRIMVM.

CVM Iulia eſſet Domitiani concubina, ſiue eius eſſet vxor, cognomen Auguſtæ accepit (hoc eo tempore fortaſſe accidit, quo repudiata ab Imperatore fuit Domitia) atque nummi complures ærei, argenteique & aurei cum eius effigie in altero laterum impreſſi ſunt: quorum in alicuius generis poſteriore parte imago, atque ſimulachrum Deæ veſtæ fuit inſignitum, quæ conſidens haſtam manu læua tenebat atque dextera Palladis ſimulachrum, quod Palladium nuncupatur: atque apud Romanos in huiuſce Deæ templo, aſſeruabatur in quadam ſecretiore parte, vbi non modo nulli hominum id contingere licebat, ſed neque à virginibus quidem Veſtalibus omnibus conſpiciebatur: verùm ab vna earum tantum, idque magna cum diligentia cuſtodiebatur, quòd eo quidem cognouerant, vbi illud Palladium reperiretur, ibi futurũ perpetuum orbis, omniúmq; gentium Imperium. Hoc ab Aenea ex Troiæ incendio Romam tranſlatum eſſe dicunt, atque huiuſce Deæ cuſtodiæ creditum. Res erat præterea ſanè admirabilis, quod hæc ſtatua oculos conuerteret, haſtámque quam dextro brachio tenet ſuſpenſam, concuteret, ita vt iaculari videretur. Mentionem de hac fecit Ouidius libro Faſtorum ſexto. illud quod præterea de hac Dea fuerat dicendum, in alios libros differam, vbi agetur de Imperatorum numiſmatũ Hipomnematibus.

## CERES AVGVSTA
### NVMISMA II.

IMPRESSVM fuit, & aliud æreum numiſma ſemunciale eodem tempore, Domitiani eius patrui iuſſu, in eiuſdem honorem Iuliæ, cuius in altera parte Iuliæ facies videbatur, & in altera impreſſa eſt Cereris Deæ imago, quæ haſtam tenet ſiniſtra, atque dextera ariſtas, papaueriſque plantam quãdam. hæc Saturni Opiſque fuit filia, atque ab antiquis frugum Dea credita eſt, omniúmque fructuum. Dicta eſt autem Ceres à gerendo, quaſi geres priore litera mutata, quod ita eſſe teſtatur Cicero libro ſecundo de Natura Deorum; & Plautus, cum ita inquiat:

Cererem, te melius, quam Venerem ſectarier.

quod melius etiam ex vulgato eo intelligitur:

Sine Cerere, & Baccho friget Venus.

Volebant præterea eandem Lunam intelligi, ſicuti libro Georgicorum primo teſtatur Virgilius his verbis.

——vos ò clariſſima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum
Liber, & alma Ceres.

cuius virtuti generandi vim tribuerunt, fertilitatémque & fruges maturas faciendi potentiam: ſi quidem ea ſuo frigore noctu ſolis ardorem, atque calorem temperat, vnde ait idem Poeta;

——vestro ſi munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.

quod Macrobius etiam teſtatur in Saturnalibus, libro primo. Atque cum eandem Terram eſſe arbitrarentur, quæ quaſi vas quoddam, omnia quæ naſcuntur, in ſe reciperet, ſicuti libro primo de Natura Deorum ſcripſit Cicero, ita tradidit Orpheus;

Terra mater cunctis, diuéſque Ceres.
Tum ſacer antiqua matre ex tellure tumeſcit

Euſebius libro tertio Euangelicæ præparationis eam fructuum, herbarúmque nutricem appellat, quæ naſcuntur ex planitie; vt à Rhea differat, quam eorum omnium, quæ in môtibus naſcuntur, locíſque ſaxoſis, matrem eſſe dixerunt. Quamobrem Cereris imago ſpicis coronata fuiſſe dicitur, multáque circum habebat papauera, quibus copia, feracitáſque ſignificabatur. Erat hæc herba illi ſacrata ob potionem eam, quam illi dedit Bonbona hoſpes, vt ſomno facilius capta doloris eius ſolutionem inueniret, quem ex filia à Plutone rapta percipiebat. Mactare conſueuerant huic Deæ porcellum, vt aſſerit Porphyrius, quam illi gratiſſimam eſſe dicebant, quod terreſtre eſſet animal, præterea in eius ſacrificijs vinum præmniſtum libabatur, quod libro ſeptimo Antiquarum lectionum à Cælio ſcribitur. Narrat Valerius libro primo quemadmodum huiuſce Deæ ſacrificia ab Aenea in Sicilia originem ſumpſerunt, atque inde à quindecim ciuibus Romam fuerunt translata, quam Deam placare cupiebant, ſibique beneuolam reddere. Verùm quia Græco ritu illi ſacra offerri volebant, miſſi ſunt Veliam, qui ſacerdotem quandam adducerent, cùm pulcherrimum templum prius intra mœnia extruxiſſent; quod vt affirmat Plinius libro trigeſimo, erectum fuit apud Circum Maximum. Verùm cum florentiſſima, ac opulentiſſima facta eſſet Roma, decem primariorum ciuium filios in ſingulas Hetruriæ præſtantiores ciuitates miſerunt, qui ritus ſacrorum, illáſque ceremonias perdiſcerent. Hæc itaq. Dea in æreis nummis fuit impreſſa cum his literis circum; CERES AVG. quandoquidem omnia ſacra loca, reuerentiáque digna, Auguſta nominabantur: ſicuti ſuperius explicatum eſt.

Pauo



## PAVO NVMISMA III.

MORTVA Iulia, atque inter ſydera à Domitiano conſecrata, nummi poſtea aurei imprimuntur, qui altera ex parte eius habebât imaginem, ex altera Pauonem, at nunc extat vnus apud Illuſtriſſimum Franciſcum Medices magnæ ſpei Florentinæ Iuuentutis Principem, ſicuti hic nos expreſſimus, circa quem ſunt hæ literæ; DIVI TITI FILIA. vt ipſius Iuliæ numen ſignificaretur, quod ita antiquitus formabatur, vti in Liuiæ Auguſtæ vita à nobis demonſtratur, de quo hæc ſcripſit Martialis in principio libri noni;

Matrona dices dulce Iulium numen.
Manebit altum Flauiæ decus gentis.

atque idem ſub finem eiuſdem libri;

Templa Deis, mores populis dedit, ocia ferro,
Aſtra ſuis, cœlo ſydera, ſerta Ioui.

## CARPENTVM NVMISMA IIII.

IN ludis etiam Circenſibus patruus neptem, eiúſque memoriam Carpento decorare voluit, de quo ſatis abundè vt exiſtimo, pluribus in locis ſuperius à me explicatum eſt. Eius poſterior pars ea eſt, quæ ſequitur, cuius exemplaris accepi numiſma quoddam æreum vnciale antiquiſſimum ab honeſtiſſimo optimóque Ioanne Patriarcha Grimano, poſt alia multa, quæ videram.

S. C.

## NVMISMA V.

HOC exemplum, quæ pars eſt aduerſa numiſmatis ipſius Carpenti, Imperatorem hoc vehiculum Iuliæ ſuæ nepti ex Senatus conſulto conceſſiſſe, declarat: Quo eam ex principum inſtituto, poſt obitum decorauit. fuit autem à Domitiano in æreis monetis impreſſum, cùm decimum quintum gereret conſulatum.

Cc






# DOMITIA AVGVSTA DOMITIANI IMPERATORIS VXOR.

DOMITIA Longina ex Domitio Corbulone genita eſt, qui miſſus fuerat olim à Nerone ad retinendam contra Parthos Armeniam, viro inſigni ſanè, iucundo, ac valde amabili. Nam præter id, quòd prægrandi extitit corpore, fuit etiam oratione magnificus, magnóque animo, & rerum experientia, ac ſapientia non vulgari, de hoc mentionem fecit Tacitus pluribus verbis libro decimo tertio Auguſtæ hiſtoriæ.

## DIGRESSIO.

QVANQVAM hiſtoriæ ordo poſtulare videbatur, vt tertij, quartiſque numiſmatis loco duo priora collocarentur, tamen quia ita in æs ea incidimus, vti in dies reperire potuimus, non valuimus ad vnguem in omnibus aptum ordinem ſeruare, quamuis maiori ex parte ſeruatus ſit, quoniam quotidie alia non antea conſpecta nobis ſeſe offerebant. Quamobrem cum hiſtoriæ ordinem ac temporum ſequamur, in poſteriorum partium expoſitione, primum erit numiſma tabulæ tertium, ac poſtea quartum, deinde quintum ſequetur ac ſextum, poſt quæ primum eſt ſecundum, & ita deinceps.






## PVER SVPER SPHÆRA SEDENS
### NVMISMA III. ORDINE PRIMVM.

CVm Lucio Ælio Lamiæ Æmiliano nupſiſſet Domitia, eiúſque amore captus eſſet Domitianus Cæſar, ab eo abducta eſt, atque maritus eiuſdem Domitiani iuſſu occiſus fuit. Cùm ipſa præterea Domitiano nouiſſimo marito infantem peperiſſet, ſecundo illius Conſulatu, anno poſtero Auguſta nominatur, ſicuti memoriæ prodidit Suet. in ipſius Domitiani vita. Cùm perexiguo poſtea tempore interpoſito infans Cæſar eſſet mortuus, atq; publicè in Deorum numerum relatus, genus quoddam argenteorum nummorũ in Domitiæ Auguſtæ filiíque mortui honorem impreſſum eſt, quod ex altera parte Domitiæ imaginem oſtentabat, ex altera infantis numen, qui ſuper ſphæra cœleſti conſidere videbatur, circa quem ſeptem erant ſydera, quæ totidem planetas ſignificabant, quo argumento infantis animam in cœlum inter ſelectorum Deorum numerum receptam eſſe oſtendebatur: ex quo Statius Papinius in Domitiani gratiam ita ſcripſit;

Salue magnorum proles, genitórque Deorum.

Et paulò inferius;

Cum ſuperis terrena placent tua turba relicto
Labetur cœlo, miſcebítque oſcula iuxta.
Ibit in amplexus natus, fratérque, patérque,
Et ſoror, vna locum ceruix dabit omnibus aſtris.

Martialis quoque in eandem ſententiam ſcripſit libro nono.

Templa Deis, mores populis dedit, otia ferro,
Aſtra ſuis, cœlo ſydera, ſerta Ioui.

Quod & Domitius in vtroque loco affirmat. literæ hæ, quæ numiſma ambiunt, ac ita ſe habent; DIVVS CÆS. IMP. DOMITIANI F. cum ea ipſa ſententia conſpirant, quæ ſuperius citata eſt ex Papinio: maximam ſcilicet fuiſſe Domitiani pietatem, qua in filium vſus eſt, cùm publicas exequias illi peregerit, in cœlo collocauerit, eius memoriam prorogauerit, eúmque tanquam Deum honorauerit, quem vel in monetis imprimendum curauerit, eſt enim ea pietas qua in Deos, in patriam, ac in parentes vtimur. hoc numiſma mihi conceſſit Reuerendiſſimus, ac perhumanus Io. Grimanus Aquileienſis Patriarcha.

## DOMITIÆ STATVA ANTE ALTARE, NVMISMA IIII. ORDINE II.

ILLVD ſanè verum eſt, quòd hoc numiſma magno mihi fuit labori, dum quid hoc ſigno ſignificaretur perquirerem, diligentérque excogitarem, ob perobſcuram eius inſcriptionem, atque cùm meo ipſius iudicio diffiderem, id me intelligere poſſe prorſus deſperabam, cùm prædicta moneta mihi ad manus peruenit: tum cum Papinij locum reperiſſem, exploratum habui hoc eadem mente, qua & ſuperius, à Domitiano fuiſſe factum, quinetiam ſtatuam, quæ ſedet, altaréque habet ante ſe accenſis facibus, Domitiæ eſſe cognoui, quoniam cùm infans inter numina ſit relatus, rationi conſentire videtur, vt illi ſacrificia ſint inſtituta, & altaria, ac ſacerdotes, ſicuti leuitatis, vanæque Romanorum adulationis fuerat conſuetudo. atque ipſa mater fortaſſe ſacrificia offerebat, quare illi cuprea ſtatua, vel alterius metalli huic ſimilis, erecta fuit, ac præterea formata in nummo in vtriuſque honorem, ſicuti ex ipſa inſcriptione demonſtratur; DIVI CÆS. MATER. id eſt prædicti infantis mater, qui & Cæſar appellatus fuit, & in Deos relatus. Antiquum numiſma æreum eſt vnciale, ex quo expreſſi exemplum, quod per aliquod tempus fuit meum, nunc excellentis. Iuris conſulti Tiberij Deciani.

## PAVO NVMISMA V. ORDINE III.

HAVD multò ſanè poſt infantis mortem, cùm Domitia Paridis Hiſtrionis amore capta, ab Imperatore deprehenſa eſſet, repudiatur. Verum intra paucorum dierum ſpatium magno amoris feruore victus, cùm ſine illa haud facilè viuere poſſet, eam iterum vxorem popoſcit, quam etiam in Palatium reduxit, atque ſe id facere à Populo coactum ſimulauit: ſicuti teſtatur Tranquillus in loco ſuperius citato. Præterea eam ſibi in gratiam rediiſſe oſtendere cupiens atque inter eos partam eſſe concordiam, & beneuolentiam, argenteam monetam cum Pauonis imagine imprimi curauit, quæ huic non erat abſimilis, cuius in circulo ita erat inſcriptum; CONCORDIA AVGVSTA. vt ſicuti Iunoni Iouis vxori, quæ cœli regina eſt, Pauo ſacer fuit, ita videretur Domitianus, qui terrarum orbis Imperator erat, Deúſque vocabatur, vxori ſuæ eundem conceſſiſſe, quem pronubæ Iunoni dare conſueuerant.



## CORNIX NVMISMA VI. ORDINE IIII.

HAC ipſa ſignificatione exiguæ quædam monetæ ſextulæ ferè pondere impreſſæ fuerunt, quarum ex altera parte Cornix ſuper lauri, vel oleæ ramo conſidens cernebatur: quæ ita erat formata, nullam in altera parte habens imaginem, ſed has literas tantum; S. C. atque circum; IMP. DOMITIANVS. Hanc autem aiunt Græci concordiam ſignificare, ſicuti in primo Hieroglyphorum Ori Apollinis ſcriptum reperitur: quoniam hæc eſt eius natura, vt cùm ſemel mas, atque fœmina coierint, inuiolatum ſemper ſeruent coniugium, donec viuunt, cùm neque cum mare alio fœmina, neq; cum fœmina alia mas coniungatur. cùm verò alter mortuus eſt, alter loca deuia, deſertáque petens ibi ſolus verſatur, neque cum alia ſocietatem iungit, aut coniugium. Cùm tantus itaque ſit horum animalium amor inter ſe, inde effectum eſt vt in nuptialibus celebritatibus κορώνη, κορώνη exclamare conſueuerint, quod latinè Cornicem ſignificat: quod nomen tamquam felix augurium, apertiſſimúmque concordiæ ſignum inuocabant. Nam quis per Deos maior exiſtimandus eſt theſaurus, vel cuius hominibus conditionis magis conuenit, neceſſariáque eſt concordia, quàm matrimonio coniunctis? nam vbicunque hæc non reperitur, ibi nouellæ, ibi vincula ſunt, ibi miſeriarum copia, maioréſque cruciatus, & grauiores pœnæ, quàm eæ ſint, quas patiuntur damnati apud inferos. Idcirco cum alicui ſola viſa fuiſſet Cornix, infeſtum, peſſimúmque nuntium exiſtimabatur. Hoc exemplum ex antiquiſſimo nummo deprompſi præſtantiſſimi Franciſci Medices Principis Iuuentutis Florentinæ, atque alterum poſtea vidi Patauij apud Marcum Antonium Maximum huius generis admiratorem.

## PANARIVM NVMISMA PRIMVM, ET II. ORDINE V. ET VI.

IN Secularibus ludis, quos Domitianus Imperator edidit, ſicuti in libro De Natali die aſſerit Cenſorinus, cùm iam decimo quarto fuiſſet Conſul, numiſmatáque hoc ipſo tempore facta teſtantur, ſæpius ille munera Populo largitus eſt. ter enim tribus diebus, ſingulis trecentos nummos dedit, qui ad noſtrorum nummorum rationem redacti, ad ſeptem coronatos accedunt, vt frumentum emerent, hoc ita affirmauit Suet. in vita ipſius Domitiani; Congiarium Populo nummorum trecentorum ter dedit: atq; inter ſpecta-

cula muneris largiſſimum epulum. Eo verò die quo in ſeptem Collium honorem Romæ feſtum agebatur, quod Septimontiale dicebatur vniuerſo congregato Populo in Palatio conuiuium exhibuit, atq; Senatoribus, Equitibúſque panaria quędam ingentia diſtribuit, plebeiſque quaſdam ſportulas edulijs plenas, ex quo idem inquit; Septimontiali ſacrorum quidem die Senatui, Equitiq; panarijs, plebeis ſportulis cum obſonio diſtributis. Scribit idem præterea quòd Equitibus, ac Senatoribus ex vtraque parte poſtera die quinquaginta teſſeræ datæ ſunt, quæ cùm offerrentur pro ſingulis teſſeris copia quædam vel frumenti, vel panis, vel nummorum reddebatur. ſignificant igitur duæ hæ paruæ monetæ, in quibus panaria cum frumento impreſſa ſunt, panem Senatoribus, Equitibúſque datum, ac plebi (non enim tunc dico, quoniam in poſteriore parte inſcriptio huiuſmodi munus triennium ante factum eſſe oſtendit) quoniam conferendi panis vſui erant accommodata, ſicuti Papinius in primo Syluarum ſcriptum reliquit;

Hi panaria, candidáſque mappas
Subnectant.

Nam ſicuti congio frumentum Populo largitum ſignificabatur, vaſe ſcilicet, quo grana metiebãtur, ita panis ex panario demonſtrabatur, quo panis ferebatur in menſam. habẽt nummi ambo ex altera parte Domitiæ effigiem cum his literis; IMP. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. id eſt; Imperator Domitianus Auguſtus Germanicus Conſul vndecimo. Neq; illud ſanè prætermittam, quod à Suet. ſcribitur, Domitianũ ſcilicet hæc munera Populo dediſſe eo anno, quo & ſeculares fecit, quòd ex numiſmatibus etiam dignoſcitur hos ludos celebratos fuiſſe, cum ipſe iam quartodecimo fuiſſet Conſul: quod affirmat & Cenſorinus atque ex duabus his monetis conſpicitur hoc munus factum fuiſſe, cùm vndecimo tantum fuiſſet ipſum magiſtratum conſecutus.

## DOMITIANI IMAGO NVMISMA VII.

Ab eodem Cæſare imperatum eſt, vt aliæ etiam argenteæ monetæ decem aſſium æſtimatione cuderentur, quæ ex altera parte Domitiæ habebant effigiem, ex altera imaginem Domitiani, quod ex antiquo quodam numiſmate Bernardi Rucellai ciuis Floren. deprompſi. Hæ à Domitiano Imperatore in honorem Domitiæ eius vxoris conflatæ fuerunt, quæ ob prædicti Paridis amorem eius coniurationis fuit conſcia, per quam occiſus fuit Domitianus, vti Sex. Aurelius, Suetoniúſque in ipſius vita teſtantur.

FINIS.

# AVGVSTARVM SERIES ALTERA AB ANTIQVIS HISTORICIS DEPROMPTA.

## Auias, Matres, Amitas, Filias, Sorores, Neptes & Proneptes Imperatorum continens.

*Ad faciliorem hiſtoriæ Romanæ captum contexta & conciliata.*

MARTIA C. Cæſaris Dictatoris auia.
Iulia C. Cæſaris Dictatoris amita, C. Marij Coſ. VII.
Aurelia C. Iulij Cæſaris Dictatoris perp. mater.
Coſſutia C. Iulij Cæſaris Flamendialis. *vxor* 1.
Cornelia L. Cinnæ Coſ. IV. F. C. Iulij Cæſaris. *vxor* 2.
Pompeia Q. Pompeij F. C. Cæſaris Pont. Max. *vxor* 3.
Calphurnia L. Piſonis F. C. Cæſaris Dictatoris perp. 4.
Iulia C. Cæſaris F. Pompeij Magni.
Actia Actij Balbi & Iuliæ S. Diui Cæſaris F. Octauij Aug. M.
Octauia major C. Octauij ex Ancaria F. Aug. Octauiani S. C. Marcelli & *poſtea* M. Antonij III. Viri.
Seruilia P. Seruilij Iſaurici F. Octauiani Aug. *vxor* 1.
Claudia Fuluiæ ex Pub. Clodio F. Cæſaris Aug. Diui Filij. *vxor* 2.
Scribonia Libonis F. Cæſaris Diui Filij. *vxor* 3.
Iulia Scriboniæ ex Auguſt. F. M. Agrippæ.
Liuia Druſilla Octauiani Auguſti. *vxor* 4.
Agrippina M. Agrippæ Coſ. III. F. Germanici Cæſ.
Iulia Iuliæ Scriboniæ ex Marco Agrippa F.
Agrippina M. F. Tiberij Imperatoris.
Antonia major M. Antonij III. viri R. P. C. F. Domitij Aenobarbi.
Agrippina C. Cæſaris Germanici.
Iulia C. Cæſaris Germanici S.
Druſilla C. Cæſaris Germanici S.

Druſilla Germanici F. Diui Auguſti proneptis, L. Caſſij Longini Conſularis.
Liuilla Germanici Cæſaris F. Diui Auguſti proneptis Ti. Claudij Cæſaris S. M. Vinitij Quartini.
Iunia Claudia M. Sillani F. Caij Cæſaris Caligulæ. *vxor* 1.
Liuia Oreſtilla Caij Cæſ. Caligulæ. *vxor* 2.
Lollia Paulina M. Lol. F. Caij Cæſaris Caligulæ. *vxor* 3.
Cæſonia Pomponij Orfiti F. Caij Cæſaris Auguſti Calig. *vxor* 4.
Iulia Druſilla Cæſoniæ ex Caio Cæſare Caligula F.
Antonia Auguſta Mater Ti. Claudij Cæſaris.
Æmilia Lepida D. Auguſti proneptis Ti. Claudij. *vxor* 1.
Liuia Medullina Camilla Ti. Claudij Cæſaris. *vxor* 2.
Plautia Herculanilla Ti. Claudij Cæſ. *vxor* 3.
Claudia Ti. Claudij & Herculanillæ F.
Ælia Petina Ti. Claudij. *vxor* 4.
Antonia Ti. Claudij Imperat. & Petinæ F.
Valeria Meſſalina Barbati Meſſalæ F. Ti. Claudij Imp. *vxor* 5.
Meſſalina Ti. Claudij ex Meſſalina F.
Iulia Auguſta Agrippinæ Germanici Cęſ. S. Ti. Claudij Cęſaris Auguſti.
Octauia Meſſalina Ti. Claudij & Meſſalinæ F. Neronis Claudij. *vxor* 1.
Sabina Poppæa Neronis Claudij. *vxor* 2.
Claudia Poppæa Neronis Claudii & Poppeæ F.
Statilia Meſſalina Statilii Tauri Abneptis Neronis Claudii Imp. *vxor* 3.
Mummia Achaia Q. Catuli neptis, L. Mummii Achaici pronept. Galbæ Imp. Mater.
Lepida Domitii AEnobarbi F. Neronis Claudii Amita, Diui Auguſti nepe Galbæ. *vxor* 4.
Albia Terentia Lucii Seruii Othonis Mater.
Sextilia A. Vitellii Imperatoris Auguſti Germanici Trib. Pot. Mater.
Petronia A. Vitellii Imperatoris. *vxor* 1.
Galeria Fondana A. Vitellii Imperatoris. *vxor* 2.
Veſpaſia Polla Veſpaſiani Auguſti M.
Flauia Domitilla Veſpaſiani ex Domitilla F.
Arricidia Tertulli F. Titi. *vxor* 1.
Martia Fuluia Titi. *vxor* 2.
Iulia Imperat. Titi ex Fuluia F.
Domitia Longina Domitij Corbulonis F. Domitiani Auguſti.

Reliquæ Auguſtæ quoniam in hoc primo libro ſuas non habent effigies, in ſecundo cum ipſarum numiſmatibus reperientur, à Plotina Trajani Auguſti incipientes.

# *PRIVILEGE DV ROY.*

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE, A nos amez & feaux Conſeillers, les gens tenans nos Cours de Parlement de Paris, Tholoze, Roüen, Bordeaux, Dijon, Aix, Grenoble & Bretagne, Baillifs, Preuoſts & Seneſchaux deſdits lieux, Lyon, Poictiers, Orleans, Bourges, Champagne, & à tous nos Officiers ou leurs Lieutenans, Salut. Noſtre cher & bien-amé IEAN BAPTISTE DV VAL, l'vn de nos Secretaires, Interpretes és langues Orientales & Eſtrangeres, Nous a faict dire & remonſtrer qu'auec grand trauail & labeur il a reueu & examiné curieuſement toutes les Oeuures que ÆNEAS VICVS auoit autrefois mis en lumiere, touchant les Antiquitez & Hiſtoires des Vies des Empereurs Romains, tant des douze premiers que ſuitte d'iceux, & ſemblablement des Femmes Auguſtes & leur ſuitte, auec les diſcours ſur leurs Medailles. Apres lequel trauail il a recouuert les planches en cuiure grauées par ledit ÆNEAS VICVS, partie deſquelles il a faict reſtablir de nouueau, & grauer celles qui manquoient, en nombre de trois cens planches ou enuiron, auec treſ-grands frais & couſt, pour le deſir qu'il a eu de nous dedier ſes labeurs, & les donner au public. Mais il craint que quelques Imprimeurs, Libraires ou autres pour le fruſtrer de ſeſdits labeurs, vouluſſent entreprendre de pocher en tout ou partie, contrefaire ou faire Imprimer leſdites Oeuures, qu'il a intitulées *Omnia* ÆNEÆ VICI PARMENSIS *opera, quæ de rebus ad vetustandam Antiquitatem pertinentibus ediderat*, à IOANNE BAPTISTA DV VALLIO *restituta & emendata*. Et que par le moyen que leſdits Liures fuſſent Imprimez ou contrefaicts par autre qui que ce fuſt dans noſtre Royaume, il en ſouffriſt vne perte treſ-grande, ſi par Nous il ne luy eſtoit fauorablement pourueu. A CES CAVSES, inclinans à la Requeſte dudit DV VAL, pour empeſcher qu'il ne luy ſoit fait aucun deſplaiſir & empeſchemẽt de ſe rembourſer de ſes frais & deſpenſes qu'il a faites, & qu'il luy conuiendra faire pour faire imprimer & pocher leſdites œuures, Nous luy auons de noſtre grace ſpeciale, plaine puiſſance & authorité Royale, donné & octroyé, donnons & octroyons par ces preſentes, congé & permiſſion d'imprimer ou faire imprimer, & pocher par ceux que bon luy ſemblera, tous les liures ſuſdits, iceux mettre, expoſer en vente, & diſtribuer pendant le temps & eſpace de neuf ans, à commencer du iour & datte qu'ils ſeront acheuez d'impri-

mer, Deſendant à tous Imprimeurs & Libraires de Noſtre Royaume, & à toutes perſonnes de quelque qualité & cõdition qu'ils ſoient, les imprimer ou faire imprimer, & mettre en vente, durant ledit temps, ſans le congé, conſentement & permiſſion dudit ſuppliant, à peine de confiſcation d'iceux, & de trois mil liures d'amende, applicable moitié à Nous, & l'autre moitié audit ſuppliant, & de tous les deſpens, dommages & intereſts : à la charge qu'il ſera tenu d'en mettre deux exemplaires dedans noſtre Bibliotheque, qui eſt aux Cordeliers de Paris. Voulons en outre que mettant, ou faiſant mettre dedans leſdits Liures les preſentes, ou vn extraict d'icelles, elles ſoient tenuës pour ſignifiées & venuës à la cognoiſſance de tous, ſans ſouffrir, ny permettre luy eſtre fait, mis, ou donné aucun empeſchement au contraire: Car tel eſt noſtre plaiſir. DONNÉ à Paris le dix-ſeptieſme iour de Nouembre l'an de grace mil ſix cens dix-huict, & de Noſtre regne le neufieſme. Ainſi ſigné par le Roy en ſon Conſeil, GOISLARD. Et ſcellé ſur ſimple queuë en cire iaulne.

*Acheué d'imprimer au mois de Ianuier* M. DC. XIX.

Par FLEVRY BOVRRIQVANT.

| Auro | | Argento | Ere | Auro | | argento | Ere |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Licinia | 4 | 14 | 11 | Plotia | 4 | 4 | 2 |
| Livia | 4 | 4 | 1 | Poblicia | 4 | 4 | 1 |
| Livineia | 4 | 8 | 1 | Pompeia | 2 | 12 | 2 |
| Lollia | 4 | 2 | 11 | Pomponia | 4 | 15 | 4 |
| Lucilia | 4 | 1 | 4 | Porcia | 4 | 5 | 1 |
| Lucretia | 4 | 11 | 4 | Postumia | 4 | 6 | 2 |
| Luria | 4 | 7 | 3 | Procilia | 4 | 2 | |
| Lutatia | 4 | 2 | 2 | Quinctia | 4 | 2 | 2 |
| Maecilia | 4 | 2 | 2 | Quinctilia | 4 | 4 | 2 |
| Maiania | 4 | 1 | 1 | Rabiria | 4 | 2 | 4 |
| Mamilia Marcia | 4 | 3 | 1 | Renia | 4 | 1 | 4 |
| Manilia | | | | Roscia | 4 | 1 | 4 |
| Marcia | | | | Rubellia | 4 | 1 | 4 |
| Memmia | | | | Rubria | 4 | 6 | 2 |
| Mescinia | 4 | 4 | 4 | Rustia | 4 | 2 | 4 |
| Mettia | | | | Rutilia | 4 | 1 | 4 |
| Minatia | | | | Salvia | 4 | 1 | 4 |
| Minucia | 4 | 4 | 1 | Sanquinia | 4 | 2 | 2 |
| Mussidia | 4 | 6 | 12 | Satriena | 4 | 1 | 4 |
| Mucia | 1 | 1 | 4 | Saufeia | 4 | 1 | 2 |
| Naevia | 1 | 2 | 4 | Scribonia | 4 | 4 | 4 |
| Nasidia | 1 | 6 | 1 | Sempronia | 1 | 11 | 1 |
| Nerva | 4 | 1 | 11 | Sentia | 4 | 11 | 1 |
| Nasidia | 1 | 1 | 4 | Sepullia | 4 | 11 | 4 |
| Nerva | 4 | 1 | | Sergia | 4 | 2 | 4 |
| Nonia | 4 | 1 | 1 | Servilia | 1 | 10 | 2 |
| Norbana | 2 | 3 | 4 | Sestia | 4 | 12 | 2 |
| Numidia | 4 | 4 | 1 | Sicinia | 4 | 1 | 4 |
| Numitoria | 4 | 1 | 2 | Silia | 4 | 4 | 4 |
| Numonia | 4 | 1 | | Spurilia | 4 | 1 | 4 |
| | | | | Statia | 4 | 1 | 4 |
| | | | | Statilia | 4 | 4 | 4 |
| | | | | Sulpicia | 1 | 10 | 4 |
| Ogulnia | 4 | 1 | 2 | Thoria | 4 | 1 | 4 |
| Opeimia | 4 | 2 | 2 | Terentia | 4 | 4 | 4 |
| Oppia | 4 | 4 | 2 | Thorina | 4 | 1 | 4 |
| Papia | 4 | 6 | 4 | Titia | 4 | 3 | 1 |
| Papiria | 4 | 2 | 4 | Titinia | 4 | 2 | 2 |
| Pedania | 4 | 1 | 1 | Trebania | 4 | 5 | 3 |
| Petillia | 4 | 2 | 4 | Trebonia | 4 | 1 | 2 |
| Petronia | 4 | 2 | 4 | Tullia | 4 | 2 | 4 |
| Pinaria | 4 | 2 | 1 | Valeria | 4 | 14 | 2 |
| Plaetoria | 4 | 10 | 4 | Vargunteia | 4 | 1 | 1 |
| Plancia | 4 | 1 | 4 | Vettilia | 4 | 2 | 1 |
| Plautia | 4 | 6 | | Vettia | 4 | 2 | |

Sistema del P. Banduri nella sua opera summentovata è di distribuire in ordine alfabetico le medaglie latine, greche, ed egizie di qualunque metallo e grandezza battute col nome di augusti, auguste, Cesari e tiranni dal tempo di Traiano Decio fino ad quello degli Imperadori Paleologhi, esistenti nei gabinetti di Francia, Italia [illegible], riportate dal Beggero, [illegible] Vaillant — [illegible] si espone in primo luogo la vita di qualunque Imperadore [illegible] da autori [illegible], [illegible] le medaglie [illegible] di quel Imperadore [illegible] in serie [illegible]. Dalle [illegible] in primo luogo abbiamo quelle d'oro, il secondo quelle d'argento, il 3.° quelle di metallo [illegible] medaglioni, [illegible] le medaglie [illegible] grandezza. Le medaglie d'ogni classe [illegible] secondo l'ordine dell'alfabeto, [illegible] e le medaglie di metallo sono ancora collocate col tal ordine, che il primo luogo vi occupano le romane, il secondo le Greche nelle Colonie, il 3.° le greche latine d'egiziane —

| Auro | | Argento | Ere |
|---|---|---|---|
| Octavia | 2 | 2 | 1 |
| Vibia | 2 | 13 | 5 |
| Vinicia | 4 | 11 | 4 |
| Vipsania | 2 | 5 | 4 |
| Voconia | 4 | 2 | 4 |
| Volteia | 4 | 1 | 1 |
| Considia | 2 | 13 | 1 |

Otone è stato il primo [illegible] imitato da Domiziano — Traiano [illegible] restituite [illegible] e [illegible] Cornelia, Cassia, [illegible] Claudia, Cornelia, [illegible] Memmia, Norbana, [illegible] Titia, Tullia, Vipsania — montano a [illegible] medaglie; [illegible]

Nomina et inscriptiones Nummorum Consularium [illegible] in [illegible] tabulis [illegible]

| | |
|---|---|
| Acilius: Valeria | Arius: Marcia |
| Ad frumentum emundum: Calpurnia, Servilia | Annius, [illegible] Fabia, [illegible] |
| Aemilius: Aemilia, Julia | [illegible] |
| Agrippa: Cornelia, [illegible] Sulpicia, Vipsania | Antonius: Aemilia, Antonia, [illegible] |
| Ahala: Servilia | Appius: Claudia, Manlia |
| Ahenobarbus: Antonia, Domitia | [illegible]: Valeria |
| Albinus, [illegible] Postumia | [illegible] |
| [illegible] Tituria | [illegible] |
| [illegible] Caecilia, Julia | C. Augurinus: [illegible] |

[illegible]: Cornelia.
[illegible]: Pompeia.
[illegible]: Iulia, Antonia, Cornificia.
[illegible]: Annia.
[illegible]: [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]: Octavia.
[illegible]: [illegible]

B.

[illegible]: Cornelia.
[illegible]: [illegible]
[illegible]: [illegible]
[illegible]: [illegible]
Balbus: [illegible], Antonia, Cornelia, [illegible]
[illegible]: Valeria.
[illegible]: Antonia, Calpurnia.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]: Cornelia, Iulia.
[illegible]: Iulia.

C.

[illegible]: Aemilia.
[illegible]: Caesia.
Capro: Calpurnia, [illegible]
Caesar: Antistia, Antonia, Claudia, Flavia, [illegible]
[illegible], Iulia, [illegible], Livia, [illegible]
[illegible], Valeria, Cornelia.
[illegible]
[illegible]
Capito: Antonia, [illegible], Marcia.
Capitolinus: [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Cassius: Cassia, Cornelia, Licinia, [illegible]
Cato: Porcia.
[illegible]: Valeria.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]: Antonia.
[illegible]: Cornelia.
Claudius: Claudia, [illegible]
[illegible]: Iulia.
[illegible]: Antonia.
[illegible]
[illegible]: Claudia, Iulia.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Il n.° delle Famiglie Romane, [illegible] non fu [illegible] che a 110, il [illegible] Condusse sino a 180, e il numero [illegible] fu a più di 1500: facendovi [illegible] luogo i Nomi de' [illegible] Colonie. Il Morelli [illegible] le famiglie [illegible] e il n.° [illegible] medaglie [illegible] a 2410 [illegible] Comprendendo [illegible] questo numero [illegible] che non si possono attribuire ad alcuna Famiglia particolare, e [illegible] montano a 185, [illegible] le medaglie [illegible] che non si trovano, che nel [illegible] del Goltzio [illegible] medaglie [illegible]

[illegible]

[illegible]



Vi è chi fa cominciar le restituzioni a Claudio, e Nerone [illegible] medaglie restituite si [illegible] del Harduino [illegible] pag: 805 [illegible] è il primo sotto cui si cominciano a veder medaglie restituite [illegible] Augusto, Livia, Agrippa, Druso Tiberio, Druso figlio di Tiberio, Germanico, Agrippina Madre di Caligola. Claudio, Galba [illegible] [illegible] sono [illegible] restitutori di medaglie, di Augusto, Agrippa [illegible], [illegible] Druso figlio di Tiberio e Claudio. [illegible] sino ad ora medaglie di Augusto restituite da [illegible] Traiano [illegible] restituito di [illegible] tutti i suoi Predecessori [illegible] di Giulio Cesare, di Augusto, di Tiberio, di Claudio [illegible], Tito, e Nerva. [illegible] restituite [illegible] Antonino [illegible] medaglie restituite [illegible] Augusto, Tiberio, Claudio, Nerone [illegible] fatte [illegible] di Giulio Cesare, d'Augusto, di Livia, d'Agrippa, di Agrippina, di Druso, di Germanico. [illegible] di moduli; [illegible] assolutamente [illegible] il 2.° [illegible], quanto [illegible]

Le Medaglie degli Ebrei sono di 4 sorti: L'alcune portano il nome di Simone Principe d'Israele [illegible] per cui son battute [illegible] per la liberazione di Israele [illegible] Gerusalemme, e [illegible], e di più [illegible] data [illegible] l'anno primo secondo. L'altre non [illegible] il nome di Simone ma [illegible] di [illegible] precedenti. 3.° Vi sono alcune, che portano da una parte per [illegible] [illegible] d'Israele [illegible] e dall'altra Gerusalemme [illegible] e di più [illegible] Lettera d'alfabeto [illegible] che [illegible] la data d'anno [illegible] [illegible] alcune [illegible] data di tempo, [illegible]

[illegible]